

Gabriel Wedderkopff


Dissertatio De Atheismo Praeprimis Socinianorum

Argentorati: Staedel, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787861480>

Druck Freier  Zugang





In Tomo hoc XXXVII. Sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1 Jo. III, 4.
2. — De libero Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. 1, 19. 20. 21.
4. D. Damhaueri Aethera Sancta sui vindic.
5. Jo. Faust protri. de electione divina ad Act. XVII, 28.
6. D. Georij Heberlini fascic. Myrtha. Cant. I, 13.
7. Andreas Vivinius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de Vita Aeterna.
9. Christiani Metz Manipulus thesauri Praxiani sub B.
Ludgemamo propositarum.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudaeo Paphica in
Sermona de Deo Angelic & Homine.
11. Christoph Laur. Meelshuerer p. tri. de Christo mo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persecutione Venerabil.
13. Gabrielis Wedderkopff de Atheismo Sconianom.
14. Michael Foerisch de Leonum naturalium origine.
15. — De ordine script. S. prout ea tum. Nat. conce-
munt de. B.
16. & Jo. Fecht de Iudae Controversiarum.
16. a. — de II Trinitate.
16. b. — De Anti Christo.
17. — De Jurisdictione Sanctorum.
18. — De Luvatione.
19. — De Communione sub utraque

20. D. G. Festi de Miſa.
 21. —. De ſacramentis.
 21. —. De vocatione Miniſtrorum Eccleſie.
 22. —. De Celibatu eodem.
 23. —. De Peccato.
 24. Hoornbeeck de Theologia Praxi.
 25. —. Sans poſtend.
 26. —. de Tentatione Dei.
 27. —. De Autoritate N. Teſt.
 28. —. De Pietate.
 29. —. De Devotione.
 30. —. De Meditatione ſacra.
 31. } —. De Studio verbi divini.
 32. } —. —. —.
 33. —. De ſenſu divina gratia.
 34. —. De Fiducia in Deo.
 35. —. De Gaudio ſpirituali.
 36. —. De Zelo.
 37. —. De Chriſto.
 38. —. De Aſcenſione Chriſti.
 39. —. De gloria Chriſti celeſti.
 40. —. De ſpiritu S.
 41. } —. De Providentia.
 42. } —. —. —.

42. } Floornbeek de Predestinationes.
 43. }
 44. }
 44. b. —. De Sabbato.
 45. —. De Ministerii acceptioes.
 46. —. De Examine Ministrorum.
 47. —. De eorum Officio.
 48. }
 49. }
 50. } —. De Ecclesiasticorum Vita.
 51. }
 52. }
 53. —. De Foedere Ecclesiastico.
 54. —. De Mundo.
 55. —. Ad Matt. xxiii, 37.
 56. —. —. xl, 20. 21.
 57. Jos. Cocceji de Divinitate Script.
 58. } —. de Perfectione Script.
 59. }
 60. } —. de Foedere gratie et Vet. ac N. T.
 61. }
 62. } —. de eo quod Icy est.
 63. }
 64. —. De Statu Humiliationis Christi:

65. Jo. Coarzi de Regeneratione et Resurrectione.
66. —. De Oblatione Christi.
67. Wetstenij. De Unionis Personalis in Christo Forma,
 Sine Effectu. etc.
68. — Lucia Gercken de Forma Unionis Personalis
 in Christo.
69. ~~De~~. De Promissis Dei.
70. —. De Peccato in Spiritum S.
71. Wetstenij de Praedest. Bonorum et malorum.
72. Eius et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

13.

DISSERTATIO
De
ATHEISMO
PRAEPRIMIS
Socinianorum

Auctore

GABRIELE WEDDERKOPFE,
Holfato.

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STÆDEL.

M DC LXV.

Fragmented paper tabs on the right edge of the book, some with handwritten numbers like 13, 14, 15, 18, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.



V I R I S

*Maximè Reverendis, Generoso, Nobilissimis,
divina humanarumque rerum scientia
illustrissimis*

Dn. JOHANN. ADOLPHO KIELMANNO,
de KIELMANSECKEN.

Hæreditario in Sadrupholm & Obdorff, Ecclesiæ Ca-
thedralis Hamburgensis Præposito, Serenissimi Sles-
vigix & Holsatiæ Ducis Consiliario intimo, Stationum
Camerariorum Directori, Cancellario atque in Mor-
kirck, Doltad &c. Præfecto.

Dn. JOHANNI RHEINBOTH, SS. Theolog. Do-
ctori celeberrimo, Ducatus Shlesvvicensis & Holsatiæ
Superintendenti Generali, Serenissimo Principi no-
stro à concionibus aulicis.

V I R O etiam

Plurimum Reverendo, Præclarissimo Doctissimoq̃

Dn. CAIO Arend / Serenissimi Regis Daniæ & Norvv.
Pastori aulico Glückstadiensi meritissimo.

*Dominis, Promotoribus, Patronis & Fautoribus
suis maximè devenerandis*

*Hanc Dissertationem Theologicam devotè
dico & consecro*

Gabriel Wedderkopff
Husô-Hollatus.



Mediator Dei & hominum, homo Iesu Christus, quem nihil la-
tuit, oves suas veras etus cultores pramonuit, ut sibi caverent
& pseudo, ropberu & falsis Doctõribus, sciens fore, ut agmine
facto ovile suũ adorirentur, ac, si fieri posset, modo destruerent.

Ex quo Magistro Apostoli edocti hinc inde monumẽtus suis eadem inferere vo-
luerunt. Intẽrum admodũ in iis delegendis Apostolum Petrum fuisse littera-
etius testantur, ac, quo melius innotescere queant; temporũ quoq; indicandi
rationem habet, ajens ἐλέσονται ἐπ' ἐχάτε τῶν ἡμερῶν ἐμπῶντα. Illu-
res hosce & deceptores Iohannes appellat mendaces, qui nempe Christum des-
ponte precipitare in animũ induxerunt, ἀρρῆμενοι ὅτι Ἰησοῦς ἔκ ἐσῶ ὁ χρι-
στὸς πᾶς δὲ ἀρρῆμενος τὸν ὄντὸν τὸν πατέρα ἢ δὲ ἕξει Epist. 1. c. 2 23. Christo oppo-
nit eos, qui eum negant, negant autẽ qui eodem quo Patrem cultu haud pro-
sequuntur, negant qui inaequalem ac μὴ ἴσον τῷ πατρὶ ajunt, aeternam gene-
rationem, gloriam atq; cultum eandem destruunt atq; derogantes. Colligi-
tur ergo Anti-christos ἐμπῶντα ἢ θεὸς εἶναι existere, quorũ animus iis dog-
matibus est imbutus, qui etiam collabascẽtis mundi atque ruinam mini-
stantis terminum haud abesse significant, majori vero incumbendum
labore studio & opera, ut sedulo nobis caveamus ab eorũ hominum fermento,
quo propius adventum Servatoris nostri novimus. Etenim preciosissimum
illud κειμήλιον tot seculis adversus quosq; etus hostes reservatum vel sangui-
ne Martyrum, majoribus, quam prater lapsis temporibus factum, conatibus
ereptum atq; convulsũ consendunt. Neq; immerito maxime suspecti pra-
ceteris hereticis sunt, quippe qui aliam religionis Christianae formam pro-
placito suo catui Christiano obrudere minus verentur, ut illam veram ac
genuinam funditus extirpent, scil. salutarem Dei cognitionem, qua in uni-
tẽ salutis nostrae fundamentum consistit, evertant, & quicquid mysterium
redolet, ut profanum impium atq; alienum à finibus Theologiae, eliminant,
imo universum Christianismũ in vitiũ Deo ter Opt. Max. summẽ adversum,
idololatriam, nempe, conficiunt: ut merito eos dixeris deceptores Christiano-
rum ac mendaces doctrina, qua secundum pietatẽ est, Christi. His malis avi-
bus ducibus impia & execrabilis a debẽs incrementum capit, qua nõ religio-
nis Christiana tantũ, verum, & Numinis divini cognitionẽ somnẽ, quant un-
quidem fieri potest, tibi eripere gestit, quorum atheorum numerus adeo cre-
vit, ac indices crescit, ut parum abesse videatur, quin gangrana instar uni-
versum

Handwritten notes and numbers on the right margin, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

versum ferè occupet mundum. Corripit autem hac stultitia non infimi sub-
sellij homines & de plebe, verum qui emuncti navis prudentiaq; laude cate-
ris præcellere videntur, quibus nominis difformitas quidem horror est, verù
à Deo in corde missam facere detestant. Vllum enim si malum, quod
clanculum serpat, hoc est, quod conspui licet (horrendum commemoratu) in
professoribus hujus abominanda secta. (eo usq; enim progressum vitium) Hi
quippè haud interdum sed noctu conveniunt, ac velamine obducto, ne cuius
aspectus appareant, contra Deum & naturã ipsam sua discipulis proponunt
dogmata, & Doctorum verorum instar rationes, qua abominanda insanie
obstaculo sunt, solvere annuntur, O secula! O mores! Verum præfamen ne
longius quam par est excrescat abrumpo, atq; ad vos vos viri Summe Re-
verèdi Generosi Magnifici atq; Nobilissime converto, illustre vestrũ
NOMEN huic dissertationi, quam ulterius elaborare subitũ prohibuit iter,
præfigere impulit studium indefessum erga veram atque orthodoxam reli-
gionem, seclusis vel his ipsis maximè insensis hostibus, de quibus dissertatio
nostra agit, vestrũ consiliũ factum, patria imo totius Christianismi bono, ne
hac colluvies Sociniana contagio pernicem, qua concessa tolerantia me-
quæda fuisset, Ecclesiis nostris orthodoxis inferret, summum est beneficium,
cujus præconem imparem me fateor, laude enim omni superius. Pero sal-
tem summisq; contendo precibus dignentur benevolo qualemcumq; hunc no-
strum laborem aspicere vultu & clementia favorisq; umbra nostra protege-
re studia. Sed & tibi Vir plurimũ Reverende atq; Præclarissime hunc
nostrum qualemcumque laborem offerre duximus, minus ambigentes, quin
consuetam humanitate illum excepturus sis; magna in nos collocasti benefi-
cia, quorum memoria nunquam excidet, oro atque obtestor à benignissimo
illo erga nos affectu haud desistere velis ac, si beneficiorum cumulo cu-
mulus addi poterit, minus intermittas. Deus Ter. Opt. Max. Vos Vi-
ros maximè Reverendos, Generosum Nobilissimos atq; præclaris-
simos diu in salutem patria, Ecclesiæq; emolumentum conservet, quod ex
animo precatur

Scripti in Basileensi Academia 1665.
10. Februarii.

Vester humillimus servus

Gabriel Wedderkopff,
Huso-Hölsatus.



IN NOMINE JESU.
DISSERTATIO
DE
ATHEISMO.

§. I.



Uum nunc Atheismi considerationem auspice-
mur, quæ pro pullulare diximus ex Scepticismo, conf.
Altingium in sui problem. problem. 2. pag. 17. ante-
quam per causarum genera ejus disquisitio institua-
tur, nonnulla præfanda sunt de diversa vocabuli apud Autores
non tantum profanos verum Ecclesiasticos & *θεοπνευστους* occur-
rentis, notione. Ac ut de posterioribus initiũ fiat, Apostolus Pau-
lus Ephesios ante conversionem & per Christum ad verum Deum
restitutionem *ἐδίδως* commemorat epistola ad eos scriptæ cap. 2.
vers. 12. non quidem eo sensu, ac si destituti fuissent omni Numi-
ne aut idolo, quum satis constet, quam impensè Dianam colue-
rint vid. Act. 19, v. 23. & seq. quim potius idololatriæ gentili *πλυ-
θεία* constanti erant immerfi, sed potius, quod veri Dei-notitia
caruerint, ideo quippè dicuntur athei, gentilium enim Dii Dea- conf. Rom.
que non sunt natura Dii aut verè Dii, ut eos colens absque Dei 1. 24.
notitia existere merito dicendus sit. Ac plerumque fieri contin-
git, quod & hic Ephesius factum, ut non solum activè sint ignoran-
tes atque negligentes verum Deum, sed etiam passivè à Deo ne-
glecti, causam refert idem Apostolus ad Rom. 1. 19. contemptum
nempè τὸ πρὸς τὸ θεὸν ἐν ἀνθρώποις κρυπτεῖ. Atheismi accusantur E-
phesii quia erant *χρηστὸς θεοῦ*, idque rectè secundum pronuntia-
tam Christi sententiam, qui non cognoscit ac honorat Filium, u neque Ioh. 5. 23.
honorat patrem, atq; sic à vera veri Dei cognitione alienus est, quo
modo omnibus hoc vocabulum competit, qui filium ut Deo pa-
tri.



Gen. Pl. 10.
v. 6. 11. 13.
Malach. 3.
Iob. 21.
1. Theff. 4. 5.

tri æqualem gloria & majestate æquali eodemque cultu remota dignitatis prerogativa, non venerantur. Quamvis autem Scriptura sacra Atheismi & Atheorum sæpius mentionem faciat *ἄθεοι* tamen vocabulum hoc in loco saltē occurrit, & ut alii expriment Atheismi non directi, qui in totali Numinis alicujus privatione consistit, verum quem appellant indirecti, Ephesios accusari ob carentiam seu defectum veri per Christum revelati cultus divini. Nullatenus ergo audiendos putamus, qui hujus vocabuli significationem ulterius haud extendendam arbitrantur, quam naturalis conceptus præ se fert, quod quidem de directo Atheismo concedimus, de indirecto autem negamus, quum hic præeuntem sacrum codicem habeamus.

lib. 2. c. 58.
lib. 5. c. 4.

de Græc. affect. curat. serm. 3. in proc. rep. pag. 11.

§. 2. Quod nunc Ecclesiasticos scriptores attinet, eos dispescimus in Veteres & Recentiores, qui passim in suis scriptis hereticos eo nomine appellarunt ob *ἄθεα καὶ βλάσφημα* dogmata, imo existere Gnosticos *ἄθεοι καὶ ἀσεβεῖς* Irenæus dicit, Marcionita, Valentiniani, Ariani, Athanasio sunt *ἄθεοι*, Gentiles item apud Sozomenum & Theodoretū & Clementem Alexandrinum. recentiores hos sequuntur, prout apud Gisbertum Voetium parte prima disput. de Atheismo liquidum est, proinde minus solliciti erimus in hoc probando, ea tamen intermittenda non sunt, quæ instituto nostro inservire possunt, nempe num Sociniani eo nomine indirectè accepto insigniri queant, ac num præter nos alii quoque hoc nomine venerint, utrumque paucis probabimus.

§. 3. Quamvis autem non Deum modo venerentur, sed & sacram Scripturam salutis viam ex ea percipiendi amplectentur, etsi mutilatè, tamen quia Christianismi fundamenta, articulosque, qui mysteria respiciunt, negent aut in dubium vocent, eò quod corruptæ rationis dictamini adversentur, satis constat tandem in *πρωτοεδέειαν* orthodoxa fidei vergere, ac religionis, quam pretioso suo sanguine aspersit æternus æterni Dei filius, totque neces martyrum & taniena illustrem reddidere, ut Barlæus loquitur, aut si quis alius ejus nomine, in vind. cont. Vedelium. Etenim sublati iis articulis, qui Christianum cœtum à quovis alio discernunt, neque quicquam admittendo (nonnullis quidem aliter loquentibus) quod cogni-

cognitionis humanæ sphaeram excedit, Mahumedismus ac Gentilismus introducuntur, atq; sic cum Apostolo & veteribus Ecclesie Doctorib. merito hoc nomine eos insignimus. Antiquos Christiani cætus Antistites, ut & recentiores idem fecisse, plurimi testantur, paucos adducemus qui Socinianorum parentibus, quos ex nomine notare haud sunt veriti, atque extra Christianum cætum de trudendos judicarunt. Magnus ille orthodoxias propugnator Athanasius oratione secunda contra Arrianos perhibet eos plus nimio errare, qui Arrianos Christianorum titulo insignirent, ut qui declarent, se neque scripturas legisse, neque cognitum ullo modo habere, quid sit Christianismus aut quæ ejus fides, cætera ibi legat benev. Lector. Epiphano Ebion est πολύμορφον τῆς εἰσεύσεως, qui suis venenosis dogmatibus εὐαγγελιογραφία Johannoticæ occasionem præbuit: Synodus Arelatenfis prima & secunda Paulinistas & Arrianos rebaptizandos esse voluit: prout legitur apud Centur. Magdebur. 4. cent. quart. Eodem modo Sozomenus lib. 13. cap. 15. perhibet Aëtium, quod multa leviter ac temerè de Deo disputaverit, ἄθεον appellatum. Quod si ejusmodi hæreticis antiquis circa personam Christi, aliosque articulos fidei constitutionem ingredienti, Christianum denegatum est nomen ac in Atheorum catalogo numerum impleverint, quid vi majori jure nunc eheu! cum maximo Christianismi detrimento quidem ejusdem farinae hæreticis emergentibus illud nomen utut abominandum impingamus, quum Arrianis multo deteriores non divinam tantum generationem impugnent, verum ejus etiam satisfactionem, animæ immortalitatem, pluresq; alios fundamentales fidei articulos, imò totam Christianam religionem funditus evertendam in animum inducunt, ejusque loco Socinianam heu! quantum ab eadistantem introducere conantur.

§. 4. Verum neq; à Recentiorum Theologorum suffragiis nostra sententia est aliena; graviter enim juxta ac verè (ut nonnullorum saltem mentionem faciamus, quum omnes adducere dissertationis brevitatis non permittat) B. Meisnerus Ἀρθροπολογ. disput. 27. §. 7. Quare hæresin istam verè pestilentem & ultimum Satanæ conatum esse concludo, hoc enim mihi persuasissimum est aut phorinianismum cum suis glossis deserendum esse, aut brevè ad Atheismum desletere.

pag. m. 122.

hæres. 5t.

pag. 399.

etur. Et ipse Philippus Melancthon epist. ad Brentium: *si qui sunt, qui de Trinitate aut aliis articulis à nobis dissentiunt, cum eis nullum mihi fœdus erit & execrandos judico.* Huic D. Thummius adstipulatur, eos communi Christianorum nomine non appellandos esse censens, hoc postulato enim pestilentissimam invehi à Deo *τὴν* veritatisque & religionis negligentiam, quin potius ipsis *πολυθεῖα* Ethnicam Gentiliumque nomen tribuit, imitatus Athanasium ex oratione 3. & 4. cont. Arrian. Eodem modo Himmelius, quum non rectè credant ac sincerè confiteantur, quod tamen Christianis incumbit Rom. 4. 10. 9. ex Christianorum cœtu excludit Colleg. Antiphotin. Neque quicquam hic regeri potest à Socinianis, quum ipsis dulcissimum Christianorum nomen denegamus, quippè Socino illud adversario suo Francisco Davidi cont. Jesuitâ Wuieck haud attribuyente, quod Christo invocationis cultum detrahat, hæreticum pronuntiat, imo plus quam hæreticum: quod si alias cum Socino colludens, adversarius ob hoc unicum dogma Christiano nomine indignus censetur, quidni fundamentum adorationis nempe divinam naturam, aliosque arcè inde dependentes fidei articulos ad salutem creditu necessarios neganti ac blasphemis onerantem Christianorum cœtu excludamus, quum tamen Sociniani salvis suis hypothesibus idololatriam potius committant, in invocando Christo, quam honorem deferant. Adjungimus hisce D. Doct. Horneium, qui pluribus hoc ostendit disput. de SS. Trinit. sect. 4. Reformatis Theologis, ut appellantur Christiano nomine Socinianos non venire vel ex judicio Theologorum Acad. Lugdun. Batav. D Junii Trelcatii Senioris & Gomari ad postulatū præpotent. Ord. General 1558. lato de Fausto Socino conspicitur, quo in Semi-Turcam appellant. Voetius disput. de Atheismo pag. 194. 189. Beza in epist. 16. & alii in Atheorum numerum referunt Socinianos. Pontificii itidem, Gregorius de Valentia præfatione librorum de Trinitat. dicit ministros Atheismi in Transylvania, Polonia & Hungaria existere, Socinianos indigitans, & Vorstii *βδελύματα* Sociniana Atheismos pronuntiat Becanus Sed hisce recensendis diutius haud immorabimur, rationibus quippè infra demonstrabimus.

§. 5. Profani Scriptores vocabulum hoc etiam usurpant

Impietatis
Photin. in
prolegom.
quæst. 2. §. 2

disp. 1. t. 77.

cap. 2.

Theolog.
Scholast.
tom. 1. &
alibi.

runt nonnunquam benè, quum eos, quibus hoc nomen obrejectionem omnis cultus divini aut dubitatione etiam alicujus Numinis *θεός* vocarunt, nonnunquam verò satis malè Christianos eo traducendo, ac si essent *θεοί*, de quo passim conqueruntur patres. Etenim insanus & furiosus populus clamavit Christianos esse atheos, sicut Justinus citante Camerario Oper. horar. subcis. centur. i. queritur, nec non hostes communes & seditiosos, turbatores pacis & Reipublicæ, eosque tanquam homines noxios & flagitiosos apud præfides deferebant. Eodem modo Gentiles alloquitur Arnobius: *quantumlibet nos impios irreligiosos vocetis aut atheos; conf. etiam quæ eleganti suada habet ejus discipulus Lactantius in princ. lib. 5. Institut. divin.* Julianum *θεοβάτην*, ut eum Maris Chalcedonis Episcopus vocat, Christianismum *ἀθεϊσµον* appellasse commemorat Sozom. lib. 5. cap. 15. ut itaque mirum haud videri debeat, si verè credentibus hoc nostræ ævo ejusmodi nomina imponuntur, quibus, ut ex historiis ac patrum relictis monumentis constat, non caruerunt etiam illi, quos citra omne dubium veros ac genuinos Christi discipulos fuisse notum est, quicquid autem illis responderint patres, hi mente maligna præditi homines responsi loco sibi habeant.

§. 6. Usus vocis non nihil indicatum excipit abusus qui comprimis reperitur apud Pontificios & inter eos Esavitas. ostendit hoc Voëtius cit. loc. pag. 190. quæ exscribere hic minus placet, Lessii saltem (celebris alias ac ut prædicatur à Galtruvio Jesuita secundum judicium Sixti 5. Pauli 5. & Urbani 8. profundæ eruditionis & Sanctitatis) verba referam, eos ait, *qui ab Ecclesia Romana recesserunt, arundinis instar fluctuare ac tandem in merum Atheismum destinere, ac alibi, omnes hujus ævi hæreses, ferè ad Atheismum ducere.* Qua in re merito desideramus prædicatam tum eruditionem Lessii eximiam, tum charitatem ac conscientiam quippè dubio procul vel ab ipso Cassandro melius edoctus curiam Romanam, clerumque irreformabilem reformationi exortæ occasionem præbuisse, ac, consequentia necessaria, secundum Lessium, inde dependenti Atheismo: uter ergo Atheismum promovit aut introduxit? Neque solum facilem prolapsam ad hoc abominandum peccatum nobis attribuant, qui navi Christi

in dedicat.
libr. de immort
mors anim
mz & provid.
Et in dedicat.
consultationis de
fide Romana capes
senda.

Handwritten notes and fragments on the right edge of the page, including numbers 44, 43, 2, 1, 18, 15, 7, and 9.

non sumus allegati, ut ibidem Lessius loquitur, quin nonnulli eorum omni amore veri seposito, nihil aliud quam Atheismum, aut ut loqui amant in scholis, formalem nobis impingere minus ambigunt. Verum si illis hoc nomine digni videntur, qui relictis humanarum traditionum figmentis, revelato Dei verbo ac doctrinæ celesti tot seculis ab Ecclesiæ Doctoribus contra quosvis irruentes hostes defensæ ac explicatæ in hærent, haud in viti eo nomine insigniri patimur, certo persuasi hoc modo non *ἀδύς*, sed veros veri Dei cultores existere. Meliori jure ipsis hoc nomen nonnullis quidem directè acceptum, plurimis verò indirectè Romano Pontifici cum primis Cardinalibus & Jesuitis competere brevibus indicaturi sumus.

§. 7. Episcopi Romani per aliquot secula satis superq; prodiderunt, ipsos esse *ἀντικείμενος* Christo servatori ac veræ pietati. Fabula enim Christi Leoni X. fuit, constituunt se vero Deo oppositos Deos in Ecclesia, arrogando sibi ea, quæ Dei sunt in constituendis novis Sacramentis, ac novo doctrinæ genere in Ecclesiam introducendo, ita ut ipsorum à vero cultu divino defectus, quum teste Paulo sit *ἀνδρωπότης τῆς ἀμαρτίας καὶ ὕδς τῆς ἀπωλείας*, merito Atheismi nomine definire possit, quod comprobant nonnullorum elogia, quibus Pontificem Romanum *ὄντι πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα* efferunt & extulerunt, quod nempe contra Epistolam D. Pauli possit statuere secundum Carolum Ruinum, quia enim ipse docet fide nos justificari in oppositione ad opera legalia hic opera simul justificationis actum ingredi decerneret. Felinus, citante D. Pappo papam Deum appellavit, plures ejusmodi abominandas locutiones suppeditabunt D. Pappus citat. loc. & Wolfius de Paparum potestate in cælo, inferno & Terris Tom. 1. Lectio: memorab. cent. 15. p. 590. quorum erroneas opiniones ne quid gravius dicamus tantum abest ut recentiores Pontificii scriptores rejiciant, ut potius calculo suo approbent atque in majus extollant. Jesuitæ enim ab ejusmodi elogiis in ipsorum libris haud abstinere. Santarellus quippe in lib. de hæres. ac Schism. apostasia, cum approbatione aliorum Jesuitarum edito Romæ dicit *Papa & Christi esse unum tribunal*. Bellarmino, quem Doctorem communem venditant, simile quid excidit lib. 4. de Pontif. Rom.

Si Pa-

Si Papa iniquiens erraret precipiendo vitia vel prohibendo virtutes teneretur credere Ecclesia vitia esse bona & virtutes malas, nisi velit contra conscientiam peccare. Eadem fermè Svarez inculcat in 3. com. 1. q. 2. artic. 2. disp. 42. sect. 1. Gretserus aliq; quos in desperata causa Papatus Voetii, lib. 3. sect. 1. cap. 11. & 12. benevolus lector inveniet citatos. His Callandri in officii pii viri verba opponimus, sunt, inquit, qui Pontificem Romanum, quem Papam dicimus, tantum non Deum faciunt ejusque auctoritatem non modo super totam Ecclesiam, sed supra ipsam scripturam divinam efferunt, & sententiam ejus divinis oraculis parem, imo infallibilem fidei regulam constituunt. Hos non video cur non Pseudo-Catholicos & papistas appellare possis, imo indirectè Atheos, etenim ejusmodi tribuentes Papæ, quæ Deo conveniunt strenuè *à Deo*. Cum Callandro Gerson Parisiensis Ecclesiæ quondam Cancellarius jungendus. serm. de signis ruinæ Ecclesiæ & in considerationibus de pace conf. ut nihil dicamus de aperte Atheis, quorum catalogum vide apud Plessæum lib. de mysterio iniquitatis, Voetium cit. loc. Zegedini speculum Pontif. Paulus 3. dicitur vitam æteruam negasse, cujus historiam infra narrabimus. Capite autem hoc modo constituto, membra eadem erunt ac Cardinalium vitam Epicuræam atq; Sodomiticam in aperto factis arbitror, exempla sint Politianus de quo Plessæus lib. de verif. Relig. Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiensis ac plurimi Philosophorum in Italia animæ *à Deo* impugnantium, confer Voet. d. ct. loc. pag. 121. 193. ac in Biblioth. part. 4. de Atheism. Jesuitas ab atheismo, ut immunes proclamemus, obstant. quæ perversè tradunt de vera fide, dubitando, corrumpendo, adeo ut per ipsos nova fermè religio valdè recens à Pontifice Romano creata ac *orbi Christiano obrusa sit* dicente Magno nostro Chemnitio in Jesuitar doctrina conf. Boquini assertiones veri Christianismi adversus fictum Jesuitismum & Bidembachii consens. Jesuita: & Christianorum, obstant etiam, quæ in Theologia morali & casuistica planè impia ac abominanda docent conf. prioris nostræ dissert. pag. 16. adeo ut ipsos pontificios offenderit politices artes Theologiæ immiscentes, quod conspicitur in synodo Parisiis 1612. Præside Cardinali Perronio habita, qua in libro Bellarmini de Ecclesiæ potestate damnatus est, ulterius autem ne sæviretur in li-

brum fecit purpura Cardinalitia, refutatus etiam publicè à Doctore Sorbonico Andrea Duvalio, Gravius quid statuit ea ipsa synodus in libros Schioppij & Suarezii de licentia hæreticum Regem interficiendi, flammis enim tradendos curarunt; quod factum Becani liber de controversia Anglicana expertus fuisset, ni Romanus Pontifex prævenisset condemnando eum: Jesuitæ Marianæ scripta plurima eadem censura Romæ notata sunt, sicut & nonnullos alios ejusmodi moralis Theologiæ libros indici librorum prohibitorum inseruerint, ut Banni 1640. & aliorum, quorum decretum Colonia postea editum aut recusum fuit. Reliquos eorum perversos in gregis Christiani detrimentum conatus videre licet in mysteriis horum patrum eorum catechismo & aliis, qui ex professo ea aperuerunt. Sixtum s. dicunt eorum lasciviam comprimere voluisse, decreverat enim, si ulterius vita concessa fuisset eos ad normam monastica religionis adigere aut penitus abolere, quod utinam factum!

§. 8. Antequam autem ulterius ad causarum disquisitionem progrediamur, benevolum Lectorem admonitum velimus nos consulto reliquas vocabuli athei acceptiones præterisse, ne actum agamus, quum Voëtius sæpè citato loco eas collegerit, haud quidem diffitemur obliqui illius Atheismi accusari posse Libertinos, Enthusiastas, Neutrales, Politicos-Machiavelistas, qui omnem religionem ad politices artes referunt, ac quatenus societati & Reipublicæ utilis videatur religio, eatenus saltem æstiment, pro re conficta ipsis religio est, ad populum metu alicujus Nominis & cultus ejus in officio continendum, quamvis autem hi Numinis alicujus cognitionem præ se ferre contendunt, fumos tamen vendunt ac in corde Deum negant atque sic directis Atheis annumerandi sunt. Accusari etiam merito possunt, quos in Gallia Deistas vocant, qui Numine concessio, ejus providentiam atque justitiam inficiantur, gallico idioma appellunt, se Degrues, item Esprits farts, eo denotant se non esse grues, hoc est, non facillè falli, hoc vero fortem spiritum, id est confirmatos esse ad nihil amplius credendum, ut Voëtius refert. Cum primis hic tamen observandum arbitramur, ne nimis sumus liberales in hisce vocabulis, quæ horrorem legenti incutiunt, ac

quæ

quæ merito detestatur, usurpandis, neque cuiquam attribuamus
 per malè factam consequentiam, aut etiam leviculam ob causam,
 quod à quibusdã hodierno tempore fieri consuevit. Exemplo sint
 Tyvissus, secundum relationem Maccovii, qui Atheismum dedu-
 cit ex eorum sententia, qui necessitatem divinæ justitiæ vindica-
 tivæ adstruunt. Et Remonstrantes orthodoxam nostram de im-
 mensitate Dei eo nomine diffamantes. Censurâ Exam. cap. 2. p. 42.
 & 43, enim dicunt periculosè essentialẽ hanc præsentiam divi-
 nam, quam atomicam & utopicam nominant, credi, & facilem
 inde prolapsam ad atheismum esse, quam benè, hoc loco haud
 disquirendum est. Ejusmodi plura inveniuntur, neque nostrum
 est recensere pluribus, satius interim arbitramur commodioribus
 uti vocabulis ad falsam sententiam, si revera falsa est, quod de su-
 pra positis dici non potest, demonstrandam.

Locor.
 Comm. ab
 Arnolfo
 editor.
 p. 172.

§. 9. Causarum considerationem nunc instituentes sic-
 co pede præterimus, quæ de causis promoventibus à Voetio dicto
 loc. allata sunt, tum etiam à nobis in priori dissert. Ea quippè hic
 locum inveniunt, saltem hic inferenda sunt, quæ scopo nostro in-
 servire possunt, ac à nominato Voetio haud ita explicata. De
 causis principalibus non est dubium, Diabolum & voluntatem
 nostram in tenebris circa divina immerfam esse. Sicut enim frau-
 de Diaboli exordio mundi (præferim post diluvium) genus
 humanum ex cultu unius Dei in πολυθεϊαν sensim est deductum:
 ita sub finem in alterum extremum, ejusdem magistri opera,
 nempe in εὐθεϊαν flectetur. Et sanè quum satis animadvertat il-
 le humani generis hostis, splendente longè lateq; veritatis Evan-
 gelicæ luce, vix posse fieri Deorum gentilium cultum ut restituat,
 in id maximè incumbit, quo ab omni veneratione Numinis di-
 vini homines abstrahat atque avertat. Proinde variis utitur in-
 strumentis ad finem sibi optatum perveniendi, varios modos ad-
 hibet, quibus in istum barathrum homines præcipitet, præprimis
 nonnulli ob res adversas in hoc Atheismi barathrum abripiuntur.
 Etenim quum innocentes se arbitrentur, & tamen infortunio
 ærumnisque oppressi quasi jaceant in ejusmodi cogitationes de-
 labuntur, ac si Deus non esset, aut si existeret eorum curam minus
 gereret: Alii vero in rebus secundis Dei providentiam etiam

Leslius de
 provid.
 Num. divi-
 ni præfat.



vellitate incipiunt perpetuum naturæ cursum arbitantes, neque
 ullum iudicem pertimescendum, quiescente eorum conscientia.
 Inter alias autem hujus eheu! nunc latè se diffundentis atheismi
 causas promoventes haud postremam dico ex cineribus iterum
 suscitatum & quidem plura quam prior corripientè fidei capita,
 Photinianismum, ea quippè tradunt atque docent, quibus for-
 malis Atheismus nititur, suumque robur nanciscitur, ut de animæ
 immortalitate, perpetua dormitione impiorum, neque ad judi-
 cium, resurrectionem, aliaque plura infra prolixius exhibenda.
 Quod olim animadvertit Wigandus, què citat cum approbatio-
 ne Proteolus de hæresibus in voce Athei. Voetius sæpè citat. disp.
 & in antid. General. ad usus Socin. p. 437. Et sanè exempla hoc
 comprobant. Neuserus enim atque Pasradus ad Anti Trinita-
 rios transfuga, ille in Mahumeditismum, hic verò in Judaismum
 delapsi sunt, ostendentes quantum hæ sectæ inter se distent, ac
 qui per ejusmodi diversas vagantur sectas à Christiana religione
 omnino distantes, an non facillimo negotio de omni cultu divi-
 no ambigunt, Deique cognitionem quantum in se est remouent,
 quod Photiniani acceptum ferendum, utpotè hujus incerti-
 tudinis, ac dubitationis unicæ causæ! Ita ut merito illud Osandri
 de Neusero vel potius Neuserus de seipso hic usurpamus, qui vult
 vitare Mahumeditismum, Gentilismum, imo Atheismum seu dire-
 ctum seu indirectum, vitet ac caveat sibi à (Calvinismo) Socinia-
 nilmo, quum impudenter atque audaciter ita quidvî negant, ut susque
 deq, habeant, an sua negatione aut exceptione Atheismi, Judæi, Mahumedi-
 sti, Gentilis, omnibusq, Scripturarum & Christianismi adversarij latam
 portam aperiant, imo & proprijs placitjs contradicant, modo adversario suo
 in presenti disceptatione obicem ponant, ut Voetius in antid. General.
 observavit.

§. 10. Jesuitarum sectam hodiernam & omnes, qui ea
 methodo utuntur contra adversarios, haud parum ad Atheismum
 conferre dicimus, nempè indirectum ex quo deinde facillè ad di-
 rectum seu crassum Atheismum descenditur. Egit quidem de
 ea methodo Voetius cum in disput. sæpè allegata, tum etiam in
 disputat. de jud. hum. in rebus fidei: pag. 7. & in desper. caus.
 Papatus lib. 2. sect. 2. cap. 25. ac peticula inde pro ventura satis ob-
 oculos

pag. 13.

oculos Pontificiis posuerunt, ut & Vedelius in rationali Theolo-
 gico, proinde iis omissis hoc saltem addimus nulli eorum prædi-
 ctæ methodi Veroniana inſiſtens victoriam reportaturum à So-
 cinianis, imo plures hæreticos alios frustra que laborasse Gre-
 gorium de Valentia, & alios ex Pontificiis, Wuieck, Smigleſium
 Socinianis sese oppoſentes, quippe qui rembro conſequentia-
 rum uſu diſcurſu ac ratiocinatione poſt habita, nullatenus cõvin-
 ci poterunt, & quidem primario controverſiæ articulo SS. Trini-
 tatis myſterio, quõd eo modo, quo per tot ſecula traditum eſt in
 Eccleſia Dei conſenſu omnium Orthodoxorum Theologorum
 ſecundum prædictum novum *εὐρημα* non extat in Scriptura Sa-
 cra. Etenim methodus illa nudum & ſolum verbum Dei ita requirit,
 ut nullus locus per alium illuſtretur, obſcurius per magis clarum notans,
 qui eam propugnandam in ſe ſuſceperunt conſequentiis, repudians argu-
 mentationes philoſophicas ſcriptura quoad ipſa verba ſententiæ pronuntia-
 matrimonii ſc. non eſſe ſacramentũ, quæ ſunt verba Ducis Vaudimont-
 tium ex cõloquio Durlaceni an. 1612. aut ut alii, volunt 1613
 cum Marchione ejuſdem regionis inſtitutum, quo in autore Gon-
 tertio Jeſuita nova hæc methodus cæpit. Eadem inculcat atque
 crebro repetit Jeſuit. Veron. methodo ſua, quâ in vult, ut cunctæ,
 quæ inter nos & papatum intercedunt controverſiæ, ſignatè &
 expreſſis verbis Scripturæ decidantur conf. pag. 9. 13. & alios fra-
 tres Walenburgicos ſcriptis hinc inde ſatis notis, qui Gonterum
 ac Veronium hac in parte ſequuntur, ut ipſimet teſtantur Me-
 thodus Auguſtinianæ p. 16. Verum hac ratione plurima fidei ca-
 pita ſub neceſſitatem medii ad conſequentiam ſalutem neceſſa-
 ria, quæ non *ἀπολεῖ*, ſed tantum *κατὰ διάνοιαν* aut verbis æquipol-
 lentibus continentur ab obligatione atque credendi neceſſitate
 excluduntur, quo pacto Chriſtianæ religioni detrimentum haud
 leve accideret, ita ut paulatim ad Atheiſmi barathrum hæc me-
 thodus abducatur, prout etiam Vedelius citat. loco oſtendit, qui
 tamen in eo minus veri amans extitit, quum eandem nobis Lu-
 theranis attribuit ſententiam, imò à quibus pontificii Doctores
 didicerint hanc rationem, qua veram & totam doctrinam Evan-
 gelii oppugnare, imo quantum in ipſis eſt evertere poſſint, quum
 tamen proteſtantibus ut vocat Theologos non minus illud verbum
 divina

Handwritten notes and numbers on the right edge of the page, including '15', '16', '17', '18', '19', '20', '21', '22', '23', '24', '25', '26', '27', '28', '29', '30', '31', '32', '33', '34', '35', '36', '37', '38', '39', '40', '41', '42', '43', '44', '45', '46', '47', '48', '49', '50', '51', '52', '53', '54', '55', '56', '57', '58', '59', '60', '61', '62', '63', '64', '65', '66', '67', '68', '69', '70', '71', '72', '73', '74', '75', '76', '77', '78', '79', '80', '81', '82', '83', '84', '85', '86', '87', '88', '89', '90', '91', '92', '93', '94', '95', '96', '97', '98', '99', '100'.

divini appellatione veniat quod totidem litteris & syllabis, sed etiam quoad rem & per necessariam consequentiam in libris Canonice continentur, prout Vedelio satis ex Brentio colloquio Ratisbonensi, item ex Saxonico necessaria defensione des Augustini Gerharo quin ipso Lutero ob oculos ponit D. Doct. Johannes Musæus eruditissimè, ut solet tract. de usu principi ration in controvers. Theolog. hujus Vedelii rationali potissimum opposito. Tandem attendere Jesuitæ quoq; velint Socinianismum hoc modo ab ipsis, qui eum tamen abominantur, promoveri, quum ex hisce nonnulli omnes consequentias rejici aut Veronianæ atque Walenburgerorum methodi in hærentes, quippè ipsorum opinionibus ac causis contra nos inservienti, Smalcus enim adversus Grauerum de Spir. S. & cont. Scopperum de Trinit. Socinus item de Servat. cap. 26. lib. 2. in Trinitatis mysterio omnes consequentias & collectiones missas volunt, quos sequitur Ostorodus. Quamvis hi sibi met ipsis contrarietur, ubi enim thesin tueri expressis Scripturæ verbis haud possunt, consequentias admittunt atque urgent, Smalcus in resp. ad nova monst. pag. 176. & alibi.

cap. 2. p. 10. & seq.

pag. 3.

Institut. c. 4. Et contra Trad. pag. 205

§ 12. Neque minorem occasionem Atheismo indirecto & Atheistis præbent Pontificii, quum in articulorum fidei numerum ejusmodi etiam referant, quos neque Scriptura sac. neque ratio sana admittit. judicium illa de reliquis Sanctorum Mariam peccato originis expertam fuisse, papæ primatus & spiritualis potestas, (sub cujus prætextu plurima politica peragunt) affingitur illi singularis virtus ac nonnunquam sub anathematis pæna proponunt credenda, facile autè fieri poterit ut quæ illa rejiciant, simile judicium à experiantur reliqui fidei articuli, quum prohibitis Bibliis ab ipsorum nutu ac straminis doctrinis dependeat Laici. Quænam Bellarmino religio sit Christiana satis declarat, ejus caput aut præcipuum fundamentum Papæ primatum constituens in epistola ad Georgium Blackvellum Archiepiscyterum Anglum, quæ addita est litteris Pauli s. Pontificios dehortâibus, ne juramentum à Jacobo Rege Britannico propositum præstarent, quamvis sui forsân oblitus quod in aliis sapissime ei accidit, lib. 2. de Rom. post cap. 12. fateatur Romani Pontificis primatum neque

neque expresse in scriptura haberi, neq; de jure divino esse. *Quum ergo Scriptura autoritas fundetur in Ecclesia autoritate, hujus vero in successione Papa in Petri primatum, inde sequitur Scripturam sacram non esse juri divini, sed fundari in humana autoritate, & ad humanas conjecturas & opiniones redigi, qua quidem via est ad Atheismū compendiosissima.* sunt verba Petri Molinæ hyperaspist. adversus Sylvestr. de Petra sancta Jesuitam lib. 2. cap. 12. Nihilus apostata citante D. Calixto eadem habet, *mibi, ait, infallibilitas capitis Ecclesia visibilis & primo credita & simul regula credendorum cæterarum est, neque capiti Ecclesie credo ob aliquod aliud prius creditum.* Quis non inde satis apprehendit atheismū robor suum nancisci? credunt hi non Deo, sed Papæ Romæ, & si Deo confidunt ob pontificis determinationem, ut religionis Christianæ fundamentum fiduciam concipiunt. Haud quidem arbitror cunctos Pontifici addictos Theologos omnia hæc Nihilii placita approburos. Ipsi enim Scripturæ sacræ à meris hominibus partim apertè, partim etiam occulte forsitan malis conditæ sunt, verum unus nonnquam qualiter revelat, quæ aliis quidem pudor est proferre, corde tamen assensum præbent: Quid autem superest, nisi ut scripturarum conditores, qui Evangelium de Jesu Christo Dei viventis filio mundi redemptore nobis prædicarunt, gradu, quem tot seculis tenuerunt, deturbentur, ac totum vacantem occupent nuperi Divi, Decretalium auctores Raimundus de pennâ-forti & similes, qui novum Evangelium de Deo suo Papa ἀναμαρτήτω καὶ ἀνυπεύδυνῳ orbis terrarum domino, Regesq; & Imperatores instituere & destituere potente annunciant? Quis tandem ignorat Pontificis Romani conservandæ autoritatis ergo usq; deque à Jesuitis comprimis natam religionē Christianam haberi, parum ipsorum interest quicquid credant, quos seducunt, majestas Papæ servetur modo incolumis, hi sanè sunt clancularii ἀθεοί, quod ex perversissimis consiliis, quibus principes ac Magnates corrumpunt, ac bella intestina excitant, patet, quibus religio famulatur, ejus quippè sub prætextu quidvis moliantur, ac si neque Deus, neque vita altera detur, hi versantur in aulis principum, quæ ibi agant multorum piorum querelæ testantur; effectus comprobant quo nempè patriæ dulcissimæ ac religionis orthodoxæ, si fieri

L

posset,

digress. de
Arte Novæ
pap. 17.

Doct. Calixt. digress.
de arte novæ.
p. 30.

posset, quod Deus clementer avertat, ruinam atque exitium accelerent. Inhiant illi testamentis, venantur lucrum, & quo etiam ad cultum & religionem quid agere videantur, notant articulos erroneos, suspectos, scandalosos, irreverentiales, hæreticos, schismaticos. Malunt enim ipsi regnare pòpuli Christiani malo, quam suo periculo Christi regnum promovere, per hanc *addeiam* practicam sollicitant multis magnisque promissis ad nefandam apostasiam tam specie religionis, quam honoribus, divitiis. Ac sanè quam obedientiam Christo servatori exhibendam Jesuitæ velint, declarat Sectæ conditor Ignatius epist. subjeçta libro, qui inscribitur regulæ Societ. Jesu, *Superioribus non secus ac Christo ipsi obtemperandum esse iubens, imo Iesuitas cæco quodã voluntatis impetu parvendi cupida sine ulla disquisitione debere ferri, alioquin periret celebri illa obedientia cæca simplicitas.* Hæc aliaq; nonne Atheismum promovent, quum ii, in quos terminatur fides Laicorum, religione susq; deq; habita quævis perpetrent, quævis absq; pudore statuant, tum in rebus fidei, tum in actionibus humanis, exempla sunt Guignardus, Castellus, Olodcornus, Garnettus & alii de quibus consulas Molinæi lib. defens. veritat. seu hyperapisten adversus sylvestrum Petra-Sanctam lib. 3, cap. 4. & 5. Et ejusdem de Monarchia Pontif. Rom. temporali cap. 3. & 4.

§. 12. Infinita etiã quæ à cujuscunq; religionis, ut ita loqui liceat, sectatoribus agitantur, disputationum dissidia, quamvis ex accidenti Atheismum promovent. Etenim alii, controversarum rerum haud adeo gnari, ut ex plebe, alii qui, quidem politioris ingenii, in divinis tamè haud adeo eruditi, quum, inquam, hi videant nihil fermè ejusmodi certitudinis in universa Christiana doctrina, quod non dubium novelli hæretici reddant, imo si familiaritatis usus cum iis accedit, suis interpretationibus ac perverfis glossis diversum à vera Christiana Ecclesia sensum affingant, perplexi admodum sunt eorum animi, ac cui adstipulentur vix norunt, hinc facilis ad abjectionem omnis divini cultus delapsus, Deus quippè certo atq; ab ipso præscripto cultu coli vult. Remedium autem harum cogitationum facilè ex ipsis Bibliis atque veteris Ecclesiæ consideratione suppeditatur, quum perversa ejusmodi ingenia *αἰρέσεις* in Ecclesiã vel Apostolorum ævo introducere

ducere haud verita fuerint, neque delitit Satanus cætum Christi ^{1. Corinth.}
 sanguine purificatum zizanis suis inficere, & ni, Dei singularis ^{11. 19.}
 providentia obstitisset, totum corrumperent, proinde mirum
 haud videri queat, si ejusmodi monstra bellum indicent iterum
 Christiano gregi.

§. 13. Tandem Libertinismum viam parare agnato Atheismo dicimus, quod satis confirmant exempla Italicorum Philosophorum Neutralistarum, qui ea libertate sibi arrogata in Atheismum plures prolapsi sunt, conf. Voet. disput. & Paralip. hinc providentiam divinam sollicitant, ut philosophi juxta Aristotelis principia, vellicant animæ immortalitatem, ut repugnantem naturali naturæ cognitioni, quare verè scripsit Lessius sectam atheisticam etiam inter ipsos Catholicos vigere. Quanta autem in Italia & qui ex ea ob peregrinationem secum in alias provincias afferunt, sit multitudo, quæ ultra naturalis scientiæ spheram ascendere recusat, docent canones conciliorum, qui adversus hos libertinos à Pontificibus ipsis sunt compositi. verum quo propius fulmini papali, eo minus metuunt. Testatur etiam collegium Cardinalium ac Episcoporum, qui jussu Papæ Pauli 3. peculiari libello morbos Ecclesiæ descripserunt, quem librum perpetuo quidem latere volunt Pontifex, verum opera Nicolai Archiepiscopi Capuani in Germaniam emanavit, referente Vergerio in annot. super Catal. hæret. tom. 1. fol. 251. conf. Voet. dict. loc. & in disp. de creatio: part. 10. Hornej Philof. hist. lib. 6. cap. 7. plures adjurantes haud adducimus causas, quia, ut dictum, Voetius hoc præstiterit, instrumentales, homines nempe, disseminantes Atheismum ibi etiam referuntur. Nos ad causam materialem properamus.

§. 14. Circa principium autem observandum est, prodivisa vocabuli athei usurpatione materiam quoque variam esse, quum non tantum Gentilibus tribuatur, sed & iis, qui Christiani audiri volunt. Inter ethnicos autem fuere alii, qui omne Numen sustulisse dicuntur, aut de ejus existentia dubitarunt, quos alii excusant dicentes opinionem hanc de illis invaluisse nullam aliam ob causam, quam quod obloquerentur abominandæ reliquorum gentiliū opinioni de Deorum multitudine ac incertum

vid. Morne:
 de veritat.
 Relig. Chri.
 pag. 12.

Jacob Mart.
disp. misc.
pag. 10.
conf. Hor-
nii Philos.
hist. lib. 3.
cap. IX.

certain arbitrantur, an omnes isti Numen negarint. Epicurum defendere satagit Gassendus de vit & morib. c. 9. lib. 4. cap. 1. Veterioribus illis nonnulli addunt gentes nonnullas à nobis remotissimas. De Souldanis extremas Africæ oras inhabitantibus refert Thomas Herbertus Anglus in peregrinatione sua, quod ipse nullo signo aut percontandi ratione quicquam invenire potuerit, quo argui possit Souldanos eos, cum quibus versatus sit, vel unam fuisse religionis scintillulam, Deumve ipsum, cælum, infernum aut æternitatem illis suboluisse. Verum si plures sint, qui eadem tradant cum Herberto de Asiæ & Americæ nonnullis incolis, quod Socinus prælect. Theol. cap. 2. etiam evincere conatur asserens non singulos tantum aliquos homines, sed integros in novo occidentali orbe in Brasilia provincia populos inveniri, qui nullum penitus sensum aut suspicionem divinitatis alicujus habent, nullatenus tamen vero consentaneum est omni Divini Numinis notitia insita carere, quippè ut cōscientia cuilibet satis hoc dicat. Non quidem diffitemur gradus hujus notitiæ esse, quin tamen omnem cognitionem supremi alicujus directoris ac Legislatoris legis innata ad ultimum usque vitæ halitum *non* *pro* *des* delectationem continuentur, ut nunquam actuali quadam cogitatione in hanc propositionem ferantur esse aliquod supremum Numen, haud immeritò disquiritur, nobis satius videtur affirmantem sententiam amplecti, quam cum nonnullis negare aut in dubium vocare, quæ de re conf. Voëtium disp. de atheis: Fabricii Heidelberg. Acad. Profes. Theolog. itidem Meditationes, quæ ab hoc crassissimo, sit venia verbo, Atheismo illos per Africam, Asiam & Americam populos liberant pag 84. & seq. Optandum foret, in iis, qui Christiano nomine insigniri volunt atque appellantur, ejusmodi monstra haud inveniri, ast proh dolor! contrariū experientia clamat perhibent quoque historici, hic quos excutere haud propositi nostri est. Complures, inquit Lessius, sunt hodie, qui divinitatem animo negant, non tamen ita passim sunt noti. Premunt enim silentio hoc mysterium meta legum, nec ausi evulgare, nisi apud familiares. Aliorum atheismus circa divinam providentiam animæque immortalitatem versatur, qui hæc concesso Numine, vellicant aut in dubium revocant, qui tamen pauci admodum erunt, quum concesso Numine

mine ejus directrix providentia negari nequeat, quæ concessa, non
 non vero consentaneum, quod sine vitæ huic imposito post fune-
 ra animas superstites præmia vel pœnas maneant.

§. 15. Quum autem inde de existentia Numinis divini,
 ejus providentia atque animæ immortalitate argumenta varia
 extent, prout videre licet apud Lessium lib. de providentia Nu-
 minis supremi, atque animæ immortalitate contra atheos & po-
 liticos & alios magno numero à Voetio allegatos, paucis hic res
 peragenda videtur. Ante omnia autem ejusmodi derisoribus
 supremi Entis, quæ ex naturâ depromi possunt maximeque ad
αὐτογ. τὰ κείνῃ eos adigunt, argumenta sunt adhibenda. Receptam
 autem communiter methodum quare de relinquere debeamus,
 haud videmus, cum primis *δεόπρευσεν* Paulum hic præeuntem ha-
 bentes, qui tum ex innata notitia, tum ex acquisita per contem-
 plationem mundi pariter atque hominis nobilissimæ in terris,
 creaturæ divinitatem quandam deducit. Accedit Paulum, ut con-
 venit ac par est, secutos esse Veteres Ecclesiæ Doctores. Haud
 ignoramus nonnullos ab hac methodo probandi divinitatem
 discessum fecisse, alii quippè dicunt ideam divinam arctè nobis
 instam Numinis existentiam probare conf. Schockium hanc
 sententiam examinantem de scept. lib. 2. cap. 15. Campanella no-
 va etiam affert, de quibus consulas Voetiũ dict loc. Remonstran-
 tibus placet sequi plana, facilia & brevía ex signis, miraculis, pro-
 digiis, ex quibus palmarium argumentum formant. Lessius iti-
 dem pro argumento divinitatem probandi miracula ex sacro co-
 dice affert. Nos quamvis cuncta examini haud subjiciamus, ta-
 men ejusmodi argumenta ex miraculis desumpta, præ primis quæ
 in sacro codice continentur, præ fractos Atheos, ut omnem Scri-
 pturam sacrâ respicientes, haud convincere arbitramur, tum
 etiam quum ex divinis voluminibus cognitio Dei hauritur, ea nõ
 fide humana, sed divina creditur, quod si autem Atheus quidem
 miracula vel ipse vidit vel saltem vera esse concedit, haud nega-
 mus, quin Divinæ naturæ existentiam præbent, utpote quæ al-
 tius quid, quam finita compètat potentia, involvant, effectus
 autem ad suam remittit causam effectricem. Methodi receptæ,
 ut dictum, insistentes Numinis divini existentiam probamus ex

Confess.
 cap. 1. sect. 2.
 Apol. cap. 1.
 sect. 2.

cognitione seu principiis communibus innatis, ex quibus *εμφυ-*
το & noëtica illa Dei notitia originem ducit, ita tamen, ut quæ
 ab extrinsecis objectis desumuntur argumenta *κοινων ἐννοιῶν* auxi-
 lio carere haud possint. *φανερὸν* quidem atq; in cordibus nostris
 manifestatur Numen divinum, verum non tam explicitè, quã vir-
 tualiter, ratione communium notionum nobis congenitarum,
 quibus mediantibus citra disquisitionem nimis prolixam mens
 nostra nobilissimum aliquod Ens non tantum extra nihilum, ve-
 rum etiam à reliquis Entibus distinctum, apprehendit, egregiè
 hoc explicante Apostolo, ex lege mentibus nostris inscripta. Ete-
 nim ea lex ad legislatorem deducit, eaque perspecta, autor igno-
 rari nequit, suggerit natura legislatorem, quia legem habet im-
 pressam, ex quo etiam provenit adeo abjecti atque obtusi vix
 quemquam inveniri ingenii, quin, ubi intellectus suum exerit
 officium, superioris cujusdam entis esse non concipiat, cum mens
 & anima de autore & principe suo admonetur, nullus *quicquid est qui non*
cum istius principis notione idem primæ nativitatù interet, cui non sit in-
genitum, non affixum, imo ipsi penè ingenitalibus matris non impressum,
non insitum, esse Regem ac Dominum, cunctorum quicumque sunt modera-

lib. 1. ad ver-
 Gent.

torem, ut eleganter Arnobius loquitur. Ex quo etiam provenit
 quod natura à nullo Numine agnoscendo atque colendo penitus
 abhorreat. Etenim si sibi homo adeo facilè hoc persuadere posset
 tanto labore studiis virtutis atque honestatis non incumberet,
 quin potius in deliciis hisce mundanis corporis acceptis tempus
 tereret. Summū sanè bonum ex porro instinctu aberit vita omni-
 bus sceleribus ac vitiis traducta, promiscuæ libidines ac quicquid
 modo & quæ appetitu corrupto sed mala quæque aridet bonum
 erit summum, quippè nullo existente qui vindicaret Numine,
 quo pacto infra bestias hi Athei se dejiciunt, quæ promiscuas fu-
 gitant libidines injuriasque à suis depellunt. Lucem hanc con-
 genitam, quod pestilens ac execrabilis Atheorum colluvies non
 tam rationum pondere argumentorumque machina, quam af-
 fectato quodam errore nequitæ suæ favens extinguite conatur,

Rom. 1. 21.

fatis mentis tenebras indicat, vel ut Apostolus loquitur profert
 quod *εματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίθη ἡ ἀσύνε-*
το *αὐτῶν καρδία*, neq; lumen hoc nebula Socinianorum obfuscabit

quam

quam splendenti huic luci obducunt, argumento ex patefactione divina desumpto, quot enim loca, quot gentes à populo Judaico remotissimæ, quibus defuit patefactio ea. Numinis alicujus cognitione verò minus destitutæ fuerunt. Sane hæc natura principia Atheorum execrandam vanitatem & furorem cyclopicum retundunt, non permittendo ullam gentem esse usquam adeo extra legem moresque rejectam, ut non aliquem Deum credat quæ deniq; hosce virulentissimos serpentes Deique ac religionis omnis ofores ac contemptores causa permoveret, ut naturæ populorum in universo orbe consensu probatæ bellum indicant, quæ ratio ipsi persuadere potest, ut Creatoris ac servatorem benignissimum rejiciant? Stultitiam verò ut Scriptura appellat, accersitis argumentorum simulachris defendere satagunt, atq; sic Sophismatum fumo atq; furo *ἐν νόθῳ καὶ ἀληθείᾳ* naturæ inditas obscurare, cum primis Dei existentiam propterea negant, quod optimi quique pessima pati cogantur, pessimis vero optima quæque ex voto eveniant, hoc argumentum maximè præmit Sextus Philosophus, ut videre licet apud Vallesium, per quem si intelligit pyrrhonarum hypotheseon scriptorem, haud videmus, quomodo cõciliari queant, quæ citato libro habentur, quo de Scepticis, qui quidem in reliquis *ἰδὲν καταλαβάνοντες, ἰδὲν οὐκ ὄντες, ἐπέχεσθαι*, pronuntiat, eos vitam communem sequentes, nulli autem opinioni adhaerentes dicere, esse Deos, & colere Deos, & providentiam illis attribuere. Neque propositum argumentum execrabilis *ἀδεόμητος* robur, verum & pios nonnunquam maximè perturbat, cujus rei testis idoneus sanctissimus David: Ast pios consolatur atque erigit suave illud: qui Deum diligunt, omnes eorum vel optimum finem sortiuntur, neque infensissimi illi naturæ Deique hostes quicquam præsidii in hoc argumento habent. Parum enim in creatorem æquiperum religiosi ejusmodi sibi fingentes Numen, quod civilis Magistratus instar perpetrato scelere justum supplicium destinet, cuius Majestas legibus Romanis se adstringeret, ac si sanctissimo Numini alius modus haud superesset, quo piorum perpeffos labores & angustias præmiis condecorare posset, circa malorum verò impiorum facta justitiam suam vindicativam pro scelerum gravitatem non exercere: o miseri ac cæci homines, humanæ ac politicae

hoc prælect. Theol. cap. 2.

Pfal. 14.

Philosophi. fac. cap. 58. cap. 1.

Pfal. 73.

Fragmentary notes on the right margin, including numbers 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

iticæ providentiæ Dei Ter Opt. Max. providentiam comparan-
 tes, Creatorem creaturis, ad ulciscendam piis illatam injuriam,
 improbos vero sine cunctatione puniendos subjicientes: Non-
 ne Deus liberrimum agens? anne ullis mortaliam ex justitia,
 idque secundum eorum merita præscriptionem, mala prohi-
 bendo ab ipso seu benefaciendo obstrictus est? anne mala, quæ
 bonis accidunt in optimum potest convertere finem? Quis in-
 de non videt, qualem sibi pestilens hæc & pervicax atheorum
 turba Deum velint, atq; ob quam causam remotum contendant,
 minus vident Sanctissimi illi Numinis contemptores justitiam
 eam divinam urgendo idque ex momento commissi facinoris
 benignitatem inexhaustam tollere, hanc verò circa impiorum
 malos conatus non nihil admittendo, quo resipiscant, Dei justi-
 tiam vellicant, proinde tibi Deus ne discors appareat, sic justi-
 tiam exercet, quo abundantia bonitatis nihil detrahatur, sic mi-
 sericors, quo & justitiæ locum relinquat, gratiæ suæ rejectæ vin-
 dex acerrimus; Eiusdemne dicã an deterioris conditionis reliqua
 eorum sunt argumenta, quibus semina religionis atq; cultus divi-
 ni innati penitus sibi eripere conatur, quorum tamen ex atheo-
 rum secta multi stupore atq; socordia potius, quam rationibus in-
 nata principia exolescere patiantur, interim tamen miseratione
 potius, quã operosiori refutatione digna sunt, utpote qui venerã-
 dum illud Numen captui suo accommodant, nõ prout existit, ac
 quodãmodo naturali cognitione percipi possit, iuxta eorũ eheu!
 depravatam atq; finitã mentẽ, qua infinitam illam essentiam, cui-
 que oculi decies millies sole lucidiores, inspicientes omnes vias ho-
 minũ, & considerantes in absconditis partibus, hujus inquam na-
 turam non modo quadantenus apprehendere, quã conceptu adæ-
 quato exhaurire conantur, proinde etiam hominum more de ea
 loquuntur. Plinio ob multiplex, ac triste ministeriũ, si rebus hu-
 manis prospiceret & gereret curã, Numen haud videtur admit-
 tendum esse, ob impotentiam simul, qua mortem sibi consciscere
 nequeat, naturæq; potentiã esse, id quod Deum appellamus ut c. 7.
 lib. 2. dicit, quæ & alia annon humana resipiunt? miseriam non in-
 providendo, sed defatigando ponere deberent, neque illud, quod
 cum sanctissimo Numine pugnat ipsi attribuere. Ut nihil dica-
 mus de Ethnicorum atheismis, qui quidem Numen aliquod vi-
 dentur

Eccles. 23.

dentur agnovisse, verum qui omni intelligentia careret animas
 bus, soli Lunæ, ac cui rei non? id venerabile nomen attribuendo,
 hi adeo excæcati fuere ingenii, ut quum innatum illud lumen de
 Dei notitia delere nequiverint, iis tamen rebus, quæ in sensum
 incurrerent, ac quibus nihil minus, quàm Numinis nomen conve-
 niret, vel ex residuæ lucis congenitæ collectione, titulo eo hono-
 rare & adoratione prosequi voluerint. conf. Rom. 1. 22 23.

§. 16. Aquasea hæc de congenita Dei cognitione, quæ
 ideo hoc nomine venit, quod ex impressis ac congenitis princi-
 piis promanat, & ex quibus ut universalibus ac directivis cog-
 nitionis nostræ beneficio rationis abstractivè colligendum est,
 Numen divinum, quod nos brevitatis studio pluribus hic præsta-
 re haud possumus, pauca tamen adducemus. Et quidem nobis,
 salvis interim dissentientium, qui nos non latent, iudicio, haud
 videtur hujus propositionis: Est Deus, seu Ens aliquod infinitum
 ac independens, ejusmodi evidentæ ac certitudinis, ut citra ul-
 lum discursum admittatur ab eo, qui non tantum negaret vel in du-
 bium traheret, sententiæ, cujus intellectus antea vel institutione
 parentum aut præceptorum cognitione hujus propositionis non
 fuerit imbutus. Quam nostram opinionem comprobatur quod
 Deus non cadat sub sensum, ex quibus tamen origo scientiæ nostræ, tum
 recepta communiter à Theologis & Philosophis divinitatè evin-
 cendi methodus. Etenim si æqua lance perpendimus, quas innata
 suggerant principia rationes, quas item conscientiæ dictamen
 subministrat, liquidum erit, discursum abesse non posse. Ut de
 priori autem constet causarum & effectuum series perpendenda
 semper; supponimus jam principium illud generalissimū: omne
 aut est aut non est, quæ hoc modo procedit, quicquid existit, aut
 à seipso aut ab alio, mundus ac quæ in eo sunt existunt. E. quum ni-
 hil sui ipsius causa sit, neque progressum in infinitum humana ratio
 admittat, unde tandem ad primum aliquod reliquorum omnium
 causam effectricem pervenimus, quod eodem modo circa mate-
 riam formam atque finem procedit. Conscientiæ testimonium
 itidem ex discursu desumitur. Metus enim, qui ob mala facta ob-
 oritur vindicantem superiorem, gaudium ex benè gestis remunera-
 torem exhibent. Proximè autem ex hisce principiis deduci-

M tur.

tur. Est Deus, quippè particularium principiorum, ratione illius universalissimi supra dicti primo primum, quam vis in omni conceptu quadantenus implicetur. Scholastici Doctores aliique ex recentioribus circa hanc propositionem maximè digladiantur, quæ hic repetere aut examinare nostri haud est iustituti. Acquisita autè cognitio Divinæ naturæ per opera hujus aspectabilis mundi per ratiociniū etiam, quod neminem negaturum ducō, habetur, quaquā visum oculi flectatur, suprema in fima & quæ circa hominem sunt, intueno quemcunq; conceptum objectivum, ut philosophi loquuntur, proponendo Dei sapientia, atq; potentia elucet. Hæc namq; cum finita sint, majus quid causæ efficienti, inesse arbitrādum est. Scitè non minus quam verè Tertullianus loquitur Deus, inquit, *habet testimonia id totum in quo sumus & id totum quod sumus*. Prospiciendum autem ne objectis in hæreamus penitus, ut plerius, quo nos ducunt, mentem non elevemus, hoc quippè omnis idololatriæ origo, quod etiam via ad atheismum, proxima naturæ cælo & terræ cuncta adscribentes haud secus ac si per semetipsa hanc vim atque facultatem haberent, quo fit ut plurimi præsertim Italiae Philosophi ultra hanc naturam ascendere nolint, inde & nomen Neutralistarum fortiti sunt, qui creaturis affixi creatorem inficias eunt seu de eo cognoscendo patum allaborant. Unde & mysteria fidei Christianæ risu excipiunt, quibus verè competit illud Pet. 2. cap. 2. v. 12. quod sint *ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεννημένα εἰς ἄλωπν καὶ φθορὰν ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημῶντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν κατ' ἐπιπέσονται*, veluti bruta animantia quæ naturali impetu feruntur, facta ad eum finem ut capta intereant, ea vituperantes, quæ ignorant sua ipsorum corruptela interibunt. Eadem ferè de ejusmodi Neutralistarum non cognitione excedentes, ac qui cum morte cuncta interire putant, quod non potest non ab ejusmodi, qui se à supernaturalibus *θεοί, ζῆτοι, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες* Jud. v. 19, separant habet Juda. epist. v. 10. *ἔτοι δὲ ὅσα μὲν ἐκ οὐρανόθεν βλασφημῶσιν ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπιπέσονται, ἐν τῇ φθορᾷ*. Væ illis. conf. Voetii disput. part. 4. 172. & librum Sapient. cap. 13.

§. 17 Aliorum atheismum circa Divini Numinis providentiam animæque immortalitatem, quem antiquis philosophis

Demo-

Democrito, Heraclito, atque Lucretio tribuunt, qui Deum dicuntur statuisse, ἔτι ἀπὸν πειράματα ἔχοντα ἢ τε ἀπὸν ἀπαρέχοντα, quibus annumerati sunt Deiotæ, ut vocant Mersennus ordinis minorum de S. Paulâ Theologus citante Voetio. & describit quod quidem aliquam cognitionem Numinis præ se ferant, providentiam tamen ejus & justitiam negent horum inquam atheismum evertunt quæ superius commemoravimus de existentia Numinis, quod tantum abest, ut hic concedant, ut potius per providentiam ac justitiam ejus negatam aut animæ etiam immortalitatem destruant, nomen Numinis alicujus retinet forsan, aut rem ipsam convulsam eunt. Quale enim Numen absq. providentia & justitia? Deum esse, inquit Chrysostomus *creature clamitant, igitur & serv. 4. de justus est, quod si justus, tribuit unicuique quod justum, si unicuique quod justum est tribuit, necesse est, post hanc vitam esse tempus, in quo singuli iuxta merita accipient, quum multi hic bene habent & in honore degunt licet mali; alij verò affliguntur, licet iuste vivant. Si ergo posthac nihil est emigrabunt iusti affecti iniuria & iniusti immerita felicitate politi: ubi ergo manebit iustitia? Si enim nemo, quæ meritis est accipiat, neque Deus secundum se iustus est, si autem Deus non est iustus neque Deus est. Admiramur sanè hominum infaniam, quæ ipsos decipit, quod Numine concesso ejus providentiam tamen vellicant, namq. indissolubili vinculo cohærent hæc Numé divinum ejus providentia atq. animæ immo: talitas, adeo ut qui unum ex hisce negat aut dubio committit, reliqua idem fatum subeant, necesse est. Quomodo hisce Atheis Sociniani accedant infra vindicabimus. Primarium providentiam divinam destruens argumentum Apostolus Petrus *2. Pet. 3. 19.* indicavit ac solvit, qui tot seculis pestilenté sectam prævidit, quæ dicit, *postquam patres dormiverunt omnia ita permanent ab initio creationis*, hanc cohortem nequissimam rectè Apostolus prædicto loco *ἐπιπούντας* irrisores mysteriorum ac fidei vocat, utpote haud aliter circa divina versantes, quam more puerorum ludentium in rebus ludicris. Quæ enim ratio quod quædam res in perpetuo quodam motu ac statu ejusdem sint propterea providentia Dei excludantur, quum potius hanc constantem continuationem ab ea habeant & quia rerum conservatio definitionem providentiæ quasi ingrediatur. Denique mille anni sint apud Numen*

M 2

instat

lib. ii pag:
213. & seq.

instar unius diei. Uberius eorum argumenta lubrica discussa sunt, apud Less. dict. lib. de provid. Num: Animæ nostræ *20* *21* *22* *23* *24* *25* *26* *27* *28* *29* *30* *31* *32* *33* *34* *35* *36* *37* *38* *39* *40* *41* *42* *43* *44* *45* *46* *47* *48* *49* *50* *51* *52* *53* *54* *55* *56* *57* *58* *59* *60* *61* *62* *63* *64* *65* *66* *67* *68* *69* *70* *71* *72* *73* *74* *75* *76* *77* *78* *79* *80* *81* *82* *83* *84* *85* *86* *87* *88* *89* *90* *91* *92* *93* *94* *95* *96* *97* *98* *99* *100* *101* *102* *103* *104* *105* *106* *107* *108* *109* *110* *111* *112* *113* *114* *115* *116* *117* *118* *119* *120* *121* *122* *123* *124* *125* *126* *127* *128* *129* *130* *131* *132* *133* *134* *135* *136* *137* *138* *139* *140* *141* *142* *143* *144* *145* *146* *147* *148* *149* *150* *151* *152* *153* *154* *155* *156* *157* *158* *159* *160* *161* *162* *163* *164* *165* *166* *167* *168* *169* *170* *171* *172* *173* *174* *175* *176* *177* *178* *179* *180* *181* *182* *183* *184* *185* *186* *187* *188* *189* *190* *191* *192* *193* *194* *195* *196* *197* *198* *199* *200* *201* *202* *203* *204* *205* *206* *207* *208* *209* *210* *211* *212* *213* *214* *215* *216* *217* *218* *219* *220* *221* *222* *223* *224* *225* *226* *227* *228* *229* *230* *231* *232* *233* *234* *235* *236* *237* *238* *239* *240* *241* *242* *243* *244* *245* *246* *247* *248* *249* *250* *251* *252* *253* *254* *255* *256* *257* *258* *259* *260* *261* *262* *263* *264* *265* *266* *267* *268* *269* *270* *271* *272* *273* *274* *275* *276* *277* *278* *279* *280* *281* *282* *283* *284* *285* *286* *287* *288* *289* *290* *291* *292* *293* *294* *295* *296* *297* *298* *299* *300* *301* *302* *303* *304* *305* *306* *307* *308* *309* *310* *311* *312* *313* *314* *315* *316* *317* *318* *319* *320* *321* *322* *323* *324* *325* *326* *327* *328* *329* *330* *331* *332* *333* *334* *335* *336* *337* *338* *339* *340* *341* *342* *343* *344* *345* *346* *347* *348* *349* *350* *351* *352* *353* *354* *355* *356* *357* *358* *359* *360* *361* *362* *363* *364* *365* *366* *367* *368* *369* *370* *371* *372* *373* *374* *375* *376* *377* *378* *379* *380* *381* *382* *383* *384* *385* *386* *387* *388* *389* *390* *391* *392* *393* *394* *395* *396* *397* *398* *399* *400* *401* *402* *403* *404* *405* *406* *407* *408* *409* *410* *411* *412* *413* *414* *415* *416* *417* *418* *419* *420* *421* *422* *423* *424* *425* *426* *427* *428* *429* *430* *431* *432* *433* *434* *435* *436* *437* *438* *439* *440* *441* *442* *443* *444* *445* *446* *447* *448* *449* *450* *451* *452* *453* *454* *455* *456* *457* *458* *459* *460* *461* *462* *463* *464* *465* *466* *467* *468* *469* *470* *471* *472* *473* *474* *475* *476* *477* *478* *479* *480* *481* *482* *483* *484* *485* *486* *487* *488* *489* *490* *491* *492* *493* *494* *495* *496* *497* *498* *499* *500* *501* *502* *503* *504* *505* *506* *507* *508* *509* *510* *511* *512* *513* *514* *515* *516* *517* *518* *519* *520* *521* *522* *523* *524* *525* *526* *527* *528* *529* *530* *531* *532* *533* *534* *535* *536* *537* *538* *539* *540* *541* *542* *543* *544* *545* *546* *547* *548* *549* *550* *551* *552* *553* *554* *555* *556* *557* *558* *559* *560* *561* *562* *563* *564* *565* *566* *567* *568* *569* *570* *571* *572* *573* *574* *575* *576* *577* *578* *579* *580* *581* *582* *583* *584* *585* *586* *587* *588* *589* *590* *591* *592* *593* *594* *595* *596* *597* *598* *599* *600* *601* *602* *603* *604* *605* *606* *607* *608* *609* *610* *611* *612* *613* *614* *615* *616* *617* *618* *619* *620* *621* *622* *623* *624* *625* *626* *627* *628* *629* *630* *631* *632* *633* *634* *635* *636* *637* *638* *639* *640* *641* *642* *643* *644* *645* *646* *647* *648* *649* *650* *651* *652* *653* *654* *655* *656* *657* *658* *659* *660* *661* *662* *663* *664* *665* *666* *667* *668* *669* *670* *671* *672* *673* *674* *675* *676* *677* *678* *679* *680* *681* *682* *683* *684* *685* *686* *687* *688* *689* *690* *691* *692* *693* *694* *695* *696* *697* *698* *699* *700* *701* *702* *703* *704* *705* *706* *707* *708* *709* *710* *711* *712* *713* *714* *715* *716* *717* *718* *719* *720* *721* *722* *723* *724* *725* *726* *727* *728* *729* *730* *731* *732* *733* *734* *735* *736* *737* *738* *739* *740* *741* *742* *743* *744* *745* *746* *747* *748* *749* *750* *751* *752* *753* *754* *755* *756* *757* *758* *759* *760* *761* *762* *763* *764* *765* *766* *767* *768* *769* *770* *771* *772* *773* *774* *775* *776* *777* *778* *779* *780* *781* *782* *783* *784* *785* *786* *787* *788* *789* *790* *791* *792* *793* *794* *795* *796* *797* *798* *799* *800* *801* *802* *803* *804* *805* *806* *807* *808* *809* *810* *811* *812* *813* *814* *815* *816* *817* *818* *819* *820* *821* *822* *823* *824* *825* *826* *827* *828* *829* *830* *831* *832* *833* *834* *835* *836* *837* *838* *839* *840* *841* *842* *843* *844* *845* *846* *847* *848* *849* *850* *851* *852* *853* *854* *855* *856* *857* *858* *859* *860* *861* *862* *863* *864* *865* *866* *867* *868* *869* *870* *871* *872* *873* *874* *875* *876* *877* *878* *879* *880* *881* *882* *883* *884* *885* *886* *887* *888* *889* *890* *891* *892* *893* *894* *895* *896* *897* *898* *899* *900* *901* *902* *903* *904* *905* *906* *907* *908* *909* *910* *911* *912* *913* *914* *915* *916* *917* *918* *919* *920* *921* *922* *923* *924* *925* *926* *927* *928* *929* *930* *931* *932* *933* *934* *935* *936* *937* *938* *939* *940* *941* *942* *943* *944* *945* *946* *947* *948* *949* *950* *951* *952* *953* *954* *955* *956* *957* *958* *959* *960* *961* *962* *963* *964* *965* *966* *967* *968* *969* *970* *971* *972* *973* *974* *975* *976* *977* *978* *979* *980* *981* *982* *983* *984* *985* *986* *987* *988* *989* *990* *991* *992* *993* *994* *995* *996* *997* *998* *999* *1000*

Thomas:
part. i. qua:
i. art. i. veri-
tas de Deo
per rationē
investigata
à paucis &
per longū
tempus &
admissionē
multorum
errorū ho-
mini pro-
venit ut gi-
tur salus ho-
minibus,
quæ in Deo
est & con-

que sui conservationem summumque bonum appetit quodnam autem majus bonum æternitate vitaq; perpetua in tranquillo statu animi frui, ad hoc quia hos natura ducit, secundum corpus autem quod cum reliquis animātib; mortale habemus hoc minus contingit, sequitur unde animæ immortalitatem hanc attribuendam, ni statuere velimus in natum hunc summi boni desiderium inane atque vanum esse appetit natura vitam, mortem abhorret, amorem natura abjicere nequit, sic neque immortalitatis animæ sensum, conf. rationes quas peculiari libello Jesuita Lessius collegit & Christophori de capite Fontium Archiepiscopi Casariensis illustrationes novas fidei Christianæ. Sin tamen rationibus hisce ingenium accommodare, quis haud valet ea sq; apprehendere, esset quod ad sacra oracula ablegaretur non enim repu-

repugnat fidei quid credere, quod ex natura probari potest.

§. 18. Aliorum Atheismus occupatus est haud quidem in Numinis divini existentia neganda; aut etiam eius providentia animæque incorruptibilitate, quam in religionis Christiana vel in totum vel ex parte rejectione: Prius Gentiles & pagani fecere; quibus quamvis stricta illa significatione vocabulum non competat, ab Apostolo tamen, ut superius indicavimus vocantur *idola*, quoniam mediatore Christo caruerint; tum etiam ob *πολυθεϊαν*, ejusdem ferme conditionis cum *idola*. Etenim Deum naturali lumine, ut perfectissimum quid concepere; concipere utique potuerunt, plures autem colendo Deos eorum nullus perfectissimus dicendus, quod inter ipsos perfectio esset disperdita, unde ex sanioribus & qui ingenium eruditione subactum habebant; gentiles mentem ad unum Deum ut causam effectricem atque providentem elevarunt; cujus rei testis Cicero multis in locis existit. Arbitrati autem hi pagani sunt, Deum quidem colendum, verum eam, quam Apostoli introductam voluerint, colendi rationem impugnarunt, ac optandum; ne etiam vel ex iis, qui Christianorum titulum gerunt nonnulli ad hanc insaniam relaberentur; qui parum obesse putant cui religioni quis sit addictus, cum ipsis saltem sit cultus ille sacer introductus ad conservandum Reip. statum. Pugnarunt patres; maximeque de sudarunt, gentibus veritatem hujus cultus à Christo instituti ut demonstrarent, quos imitati nonnulli ex recentioribus Philippus Mornæus & Grotius, quos evoluerere benev. Lector poterit; quibus adjungendus Venerandus D. Bebelius histor. Eccles. seculi artic. 8. de Gentilismo; ubi non Gentilium tantum argumentis ex patrum responsionibus satis ac quas ipse subjecit, satisfactum est, verum Christianismum rationibus stabilivit. Repullulante hoc Gentilium atheismo de Christiani cultus veritate eadē hic usurpare possumus fundamenta, quibus contra gentiles patres usi fuerunt, ac quum omnes religiones ut vocant rationis trutina consideratur, earum nullus seu gentilium Judæorum & qui hisce accedunt Mahumedanorum, neque quoad principia cognoscendi neque constituendi ejusdem certitudinis ac quæ verè divina respiciat, quæque solamen miseris, & terrorem præfractis offerant; quæ item hominem ad eo certum

venientius & certius proveniret, necessarium fuit, quod de divinis per divinam revelationem instruerentur. Cont. Eund. in 2. secund. qu. 2. art. 4.

Ludovicus Vives:

reddat de vero cultu divino ut nullatenus dubitet aliã meliorem aut certiorẽ esse, quod cum primis verã religionis attributum, Quam religio Christiana. Non commemorabo ea quibus passim Theologorum Scripta referta sunt, divinitatem horum librorum comprobandi; quum hodierno præsertim tempore Athei non rationum monumentis, quam vesania, quã decepit Satan eorum mentes pugnent. Quem namq; nõ permanerent res sublimes atque divinã sacro codice contentã? quid magis certum afferri potest, ad religionem probandam, quam quod Scriptores omni litterarum cognitione destituti antea, nullo labore ad ejusmodi pervenerint sapientiam, quam omnes sapientes haud immerito admirantur & obstupescunt, quod item in diversissimis regionibus atque provinciis constituti eadem tamen litteris mandarunt haud aliter, ac si unum conclave ipsis fuisset, vaticini etiam Vet. Testamenti impleta in N. Test. satis veritatem persuadent, præterea quæ pluribus hic disserenda essent, de singulari ac efficaci scriptura indita facultate, quã reliquorum ab hac ratione colendi Deum dissidentium libri penitus carent, ea quippè vel inopinatos ita cõmoveret ut rationibus ceteris post habitis ob hanc unicam, ei ut orationem maximè tum divinã Majestati, tum homini convenienti & veraci assensum præbet conf. D. Calixt. disput. de author. & D. Dorschæus in Antikirch. Ad eos potius nos convertimus, quibus cum præprimis nobis res est nempe eos, qui hanc Christianam fidem si non ex omni parte rejiciant, ejus tamen fundamẽtum ac præcipua fulcra credendi articulos summè necessarios, quorum & ignorantia & multo magis impugnatione nefaria damnum æternæ salutis secum attrahit, negant ac in dubium vocant, hi Sociniani dicuntur: Quamvis enim plures hæretici unum alterumvè fidei articulum negarint, eam tamen fermè totam, prout hi faciunt, non sustulerunt.

§. 19. Consistunt autem Atheismi Socinianorum vel in absurda negatione vel etiam dubitatione. Certum enim est ac nemini ignotum, qui eorum scripta perlustraverit, quod adeo in gravissimis fidei articulis hæsitent ac fluctuent, ut quo pedem figant, vix deprehendi possit, quia enim clarissima testimonia variis glossis in dubium vocant & contra sua dogmata evidenter confit-

thef. 30.
p. 109.

confirmare nequeunt, inde animus fluctuare incipit & quid statuendum sit, ignorat, ut eorum methodus disputandi non Theologicus, sed sophisticus sit. Ex quo etiam provenit, quod *ἀντιφασίαι* seu contradictione adeo manifestas inter se foveant, imo sibi ipsi sapissimi contradicere, ut pluribus de Smalcio, Osterodo & aliis demonstrari posset, conf. interim Himmel. Colleg. antiphot. disput. 1. §. 109. & seq. Incertitudinis atque ventorum instar circa *Ἰωάννην* Johannæum agitationis exemplum sit Eniedinus, celeberris ille V. & N. T. dictorum corruptor, qui haud veretur eam obscuritatem Johannæo tribuere, ut dictorum ejus nulla ferè clausula sit, quæ multiplices & inter se dissidentes interpretationes non habeat, quod si vero consentaneum, qua ratione suam quam affert explicationem probavit? Quid autem tam clare dici poterit, ad quod à literali ac genuina interpretatione discedentes, quo causam malam tueri possint, effugia non inveniunt? non ipsis scriptura loquitur, prout in ea per suos amanuèses suam nobis aperuit voluntatè Deus illis scriptura nō est norma, secundum quam incedere debeant, verum illi pravis opinionibus occupati scripturæ sensum indicii normam faciunt, atque ut ut clarè satis quid dicatur, sin causæ obstaculo sit glossa quadam corrumpendum est, vel sole clarius oraculum divinum.

§. 20. Nunc auspicatori dogmata recensere, quibus negatis aut in dubium vocatis, atheismus hujus seculi florentis, & undiquaque sese extendentis promovetur observandum est eorum nonnulla planè atheismum in directum sapere, ex quo facilis ad directum prolapsus, alia autem viam ad eum sternere & quidem quædam proximiorè, quædam remotiorè consequentia, de quo posteriori tamen vix vel pauca dicemus, quod longè peioræ consequentiæ haud parum obscuritatis secum involvant. Ubi & hoc notandum atque pramonendum velimus, nobis haud animi esse, articulos fidei Christianæ, quas allegavi mus & qui à Photinianis negantur, sed etiam in dubium trahuntur ex sacris voluminibus tueri & ab exceptionibus eorum vindicare, nisi quantum dissertationis hujus ratio requirat, sed potius periculum atq. quem sortiantur, negati à Photinianis, exitum, nempe atheismum indirectum & directum indicare. Et quidem ut de dogma-

Meißner.
Anthrop.
disp. XXV.
quæst. 2.
thes. 15.

pag. 138.

mus in turpissimam idololatriam conjicitur, si Christus Deus non est uti pater. Sanè quum extra Christum non sit salus, ejus ignorantia damnationem inducit, quanto magis, ut restauratorem ac redemptorem blasphemia impugnatio?

§. 21. Dispicendum autem nunc, quomodo Neo-photinia in hoc Christianismi fundamentum per sua dogmata sublatum eant. Dubium namque animo suboriri posset, quod Christum hunc summis laudibus evehant, confiteantur Deum divino cultu prosequendum & adorandum, angelis multo superiorem, & Verum Deum atque dominum, non nomine sed re ipsa, imò naturalem Dei filium. Ast quid linguæ confessio absque cordis confessione? *ὁμοια λαλῶσιν ἀνόμοια φρονῶσιν.* Curcellæus eorum confessionem, quam anno 1651. ediderunt, protestantium confessioni maximè accedere dicit, si Trinitatis dogma exceperis, imò & in hoc capite sicut & de mortis Christi efficacia, multo propius ad eas, quam aliæ, antea à Socinianis editæ, accedit, imò nihil prorsus ad salutem necessarium in ea omissum censet differ. ad vers. Maref. r. pag. 241. quo satis animum Socinianis addictum ostendit, probare etiam haud poterit. Et quamvis speciem veri præ se ferant eorum verba, larvâ detecta tamen apparebunt monstra potius, quæ in locum mysteriorum substituunt. Haud enim, ut ut eadem Scripturæ verba usurpant cum orthodoxis, secundum eundem sensum accipiunt, quod ex aliis scriptorum eorum locis liquet, quibus Christum ideo Deum verum appellant, quod magnam habeat ab uno illo Deo potentiam, vel alio quodam modo Deitatis unici illius Dei particeps sit. Dicunt, quamvis Christum ab æterno ex substantia patris generatum & Sp. S. personam esse non concedant, nihilominus tamen propterea divinitatem Filii & Spiritus S. non negari, quippè qui divinitatem hanc ratione qualitatum seu potentiarum gloriæ à Deo acceptæ definiunt. Filii Divinitati autem adjungimus Spiritus Sancti personalitatem, ac consequenter mysterium Trinitatis, quod blasphemus ore impugnant Sociniani, interq; eos Theodosius Schimberg dogma ex imo orco per filium perditionis virtute Satanæ Ecclesiis gentium obtrusum vocat. Plura ejusmodi afferrem, nisi satis eorum sententia esset cognita, proinde ex hisce Atheismi reos convincemus ra-

Catech. Rarod. p. 39. 64
Osterod. instit. p. 8. Socin. contra Wuick. cap. 6. Smalc. in exam. erro.

Osterod. & Voidov. Apolog. ad vers. præpot. Ordin. Belg.

in præfat. refut. Caroli præmissa.

tionibus haud quidem per explicitos syllogismos aut ut vocantur
 in forma, nauseam quippe Lectori moveret, si ubique nil nisi explici-
 ti sylogi mi legeretur; quod medio termino percepto facili nego-
 tio in formales syllogismos deduci possit sententia. primam a. ra-
 tionem desumimus ex negato vero Deo, fidei nostrae objecto prima-
 rio, cujus cognitio absolute necessaria est, tum ratione mandati-
 tum medi ad salutem perveniendi. Verum Deum Socinianos
 negare ita probamus, quod essentiae unitatem concipiant citra
 ullam communicationem ejus inter Patrem Filium & Sp. S. quam
 tamen filius Dei revelavit, qua revelatione haud opus fuisset, si
 nulla facta fuisset communio essentiae, quum intellectus humanus
 per ascensionem a rebus creatis hanc essentiae unitatem aliquo modo
 apprehendere possit, quae tamen est pars fidei salvificae. Revelavit
 autem filius, qui in sinu Patris existit, hanc communicationem se
 faciendo Johan. 5. 18. terminando etiam in se eandem
 fidem, quam in ejus patrem concipimus. Joh. 14. 1. in quo igitur
 natura se discrevit a Patre, qui non & discrevit in honore? uni-
 ens se fidei Dei & naturae ejus se univit, cum memorato Deo in
 quem credi oporteret & in se docuerit esse credendum: Deum se
 per id docens, cum in eum credendum sit ab his, qui in Deum
 credant. Spiritus S. non minus divinitas quam substantia
 personalis etiam est evidens ex Matth. 28. 19. 2. Corinth. 13. aliisque
 locis. Verum ut superius indicavimus, praesupponimus non nihil
 hujus dogmatis veritatem ex sacris voluminibus & antiquitatis
 consensu demonstratam. Altera nostra ratio petitur ex inaequali-
 tate cultus, quo Christum ac Deum Patrem prosequuntur. Etenim
 ut Christus ipse Joh. 5. v. 23. dicit, quod omnes honorare debeant
 filium *ut dicitur* patrem: ubi notanda Cyrilli lib. 2. in Johan. cap. 4.
 egregia expositio, qua dicit per vocabulum *ut dicitur* de rebus ejus-
 dem naturae ultimam similitudinem imo identitatem & aequali-
 tatem denotari: sic ergo Deum non adorant ut Patrem Filium
 & Spiritum S. eodemque cultu, verum ut Samaritani, cum igno-
 rantia filii & Sp. S. Joh. 4. 22. 23. illi non adorant in Spiritu & ve-
 ritate. Cultus ergo ille filii, qui non idem, qui patris ejusdemma-
 jestatis ac dignitatis ratione, fictus atque excogitatus est, qui au-
 tem non verè credunt de filio, nec verum cultum exhibent, hi sunt
 qui

Müllerem.
 brev. suppl.
 cap. 2. §. 1.

qui filium negant, sunt ergo *χωρὶς θεοῦ* atq; hoc ipso athei, sunt
 abſque patre, atque ſic vero Deo carent 1. Joh. 2. 23. Joh. 4. 22. 23.
 quia igitur Anti Trinitarii non colunt filium & Sp. S. tanquam
 verum Deum eſſentia cum patre unum, utique ab *ἀποβία*, irreligi-
 oſitate, & atheiſmo excuſari non poſſunt. dicimus cum Voe-
 tio diſput. de utilit. & neceſſit. dog. de SS. Trin. pag. 473. Neque
 quicquam hic Socinianorum obſectio valet quæ filii cultum non
 rejiciunt, in o. Chriſtum merito invocari poſſe ac invocatum tuiſ-
 ſe, quam viſid. facere nō teneamur, dicente Socino reſponſi ad de
 ſent. Franciſc. Davidis. Quum in eo potius turpiſſimam commit-
 tant idololatriam. divinum cultum exhibentes ei, quem tamen ſu-
 premum univerſi conditorē & natura Deum negant. Quum enim
 adoratio nulli, niſi ſummo Deo, competat Deut. 6. 13. Matth. 4. 10.
 Eſa. 42. 8. quomodo hic gentilem atheiſmum reducant de Chri-
 ſto ſeni Deo ſubordinato. dependenti, inferiori, factio non qui-
 dem loco Dei, ſed una um Deo colendo facile patet. Tertia
 ratio eſt quod hujus myſterii & inde dependentis incarnationis
 filii Dei confeſſione & ſite à Judæis. Mahumedaniſ. discriminen-
 tur Chriſtiani, qui Judæi & Mahumedani cum gentilibus *ἄθεοι*
 indirecete appellantur, quod *χωρὶς θεοῦ* atque alieni à vera Eccle-
 ſia exiſtant. Socinianiſ. autem eadem negantibus quin idem titu-
 lus attribuendus ſit, extra dubium eſt. Agnoſ. unt ipſimet Neo-
 Phociniani articulum hunc eſſe diſcretivum atque fidei noſtræ
 fundamentum, prout etiam ex eo Chriſti redemptio cognoſci-
 tur Oſterod. cont. Syndicum Auguſt. Tradel. p. 108 & in Inſtit.
 cap. 4. Suſpectum autem ipſis videtur, quod non expreſſis verbis
 ac term. ni. terminatibus. ut loquuntur, quibus ab Eccleſia Chri-
 ſtiana proferitur. conſignatum ſit, quibus conſideranda propo-
 ſitum. exempla dogmatum plurimorum quæ ipſis ad credendum
 creditu neceſſaria ſunt, neq; tamen expreſſis ac conſum. itis verbis
 in ſ. ſcriptura habentur. Notam hanc diſcretivam rejicientes Soci-
 niani hoc pacto prædictis Eccleſiæ hoſtibus & aſſociant eorum-
 que Atheiſmi. reſe participes reddunt. Quarta ratio eſt ex ea
 nempe cognitione quam de Deo neceſſariā Sociniani arbitran-
 tur, quippe gentilibus & Muſolmanniſ. quoq; eſt ea. Teſtatur hoc
 catecheſis eorum, quæ de cognitione Dei cap. 1. quærens, quæ ad

conf. ejus
 epistol. ad
 ſparcialu-
 p. um.

essentiam Dei pertineant ad salutem prorsus creditu necessaria
 hanc subjicit responsionem: quod Deus sit, quod sit tantum u-
 nus, quod aeternus, quod perfectè justus, perfectè sapiens & per-
 fectè potens: quæ Judæi, Mahumetistæ, atque gentiles sapien-
 tiores quoque duce naturalis luminis credunt. Cicero certè
 quum plura numerasset, ex quibus Dei cognitio hauriri posset
 cõcludit, hæc & alia innumera cum cernimus, possumusne dubi-
 tare, quin his præsit aliquis effector atq; gubernator? Ex quibus
 positis colligendum est extra Christianorum numerum se pone-
 re Socinianos, plura non admittenda de Deo ad salutem scitu
 necessaria, quam natura prælucente credimus, qui autem extra
 cælum Christiani populi indirecti atheismi insimulandi sunt.
 Ultimam rationem sibi vendicat consensus Ecclesiæ orthodoxæ
 omnium seculorum inde à Christo nato ad nostra usque tempora
 qui hoc mysterium, ut Elmenhorstius ad Gennad. Massilienf.
 notat, communis regulæ & fundamenti instar hæresibus oppo-
 fuerunt, ac negantibus hoc sablime dogma Christianorum no-
 men denegarunt. Hoc deduxere Voetius disput. de necessit. &
 util. dog. de SS. Trinit. Elmenhorst. cit. loco: Et Parker. de de-
 fer. ad mf. lib. 4.

§. 22. Sanctissimum quoq; illud redemptionis nostræ my-
 sterium, ut unicum salutis ac gratiæ medicinalis fontem conside-
 rabimus, quod itidem ad Trinitatis articulum refertur, negat au-
 tem illud Photiniani ob negatam divinitatem Christi. In con-
 fesso autem est apud omnes, qui Christiano nomine gaudent, in
 eo maximum Christianorum solatium positum & totum Chri-
 stianismum fundatum esse, hoc quum inficias eunt Sociniani, to-
 tius Christianismi jugulum petunt, summam fidei Christianæ
 convellunt, eosque Doctores Christianorum nomine & cætu in-
 dignos, Hülsem. pronuntiat ex Galat. 5. 4. Quem sibi Servatorem
 fingunt Photiniani non verus, sed exemplaris tantum est, ut qui
 salutis viam nuntiaverit, confirmaverit & in sua ipsius persona
 tum vitæ exemplo tum ex morte resurgendo manifeste salutem
 ostenderit, vitamque æternam ipsi fidem habentibus daturus sit.
 divinæ autem justitiæ, per quam peccatores damnari meremur,
 pro peccatis nostris neque illum satis fecisse, neque ut satisfie-

pag. 492.
 & seq.

Brev. cap.
 II. 5. 7.

ret opus fuisse, quæ sunt impia illius Socini verba in princ. conf. Offen-
 libr. de Privat. unde & Gittichius dogma de satisfactione Christi rad. Inlat.
 horrendam in Deum blasphemiam appellat. Quamvis autem & Germ. c. 36
 hic Sac. Scriptura phrasæ usurpent, quod conspicitur in Socini
 prælect. Theol. cap. 10. ubi dicit ex Joh. 1. c. 3. v. 8. Filium Dei merito
 apparuisse, ut dissolveret opera Diaboli, id est, peccatorum reatum
 ipsaque peccata tolleret; satis interim significat cap. XXI. earun-
 dem prælect. quomodo portaverit nostras iniquitates & destru-
 xerit opera Diaboli effundendo sanguinem victimalem non aut
 ut Paulus Ephes. 5. 2. loquitur, pro nobis *περισφορὰν καὶ θυσίαν τοῦ*
 Θεοῦ obtulerit, sed quatenus saltem iræ divinæ hoc est supplicis
 peccatis constitutis effugiendi per proprii sanguinis effusionem
 ostenderit ac confirmarit. Quæ omnia nudo homini competere
 possunt, tum etiam absque interveniente illa ignominiosissima
 morte peragi. Quomodo hæc Atheismum respiciant facile li-
 quet. Qui enim *χρεῖς χρεῖς* velle est atheus indirectus, sin, Christo Eph. 2. 12. 13.
 autem est, qui non propinquus est factus per sanguinem Christi Gal. 3. Rom.
 neque reconciliati hi sunt *ἐλπίδα ἔχοντες*, sed *ἐξ ἑνοῦ πρὸς διαθήκῃ τῆς*
ἐπιταγῆς, sunt adhuc sub maledictione legis, sub servitute pec- 3. 25.
 catis, Christus ipsis non est *ἡλασθηὶον ἢ μεσότης* morte interceden- Apoc. 5. 9.
 te ut Apost. loquitur Hebr. 9. 14. 15. Officium mediatorium in
 sanguinis effusione consistit, Luc. 24. 25. Matth. 5. Denique con-
 sentiunt in hoc omnes Socinianorum Antagonistæ, articulo hoc
 sublato totum corruiere Christianismum; Calixtus dicit, hoc quia desid. conc.
 negant, nempe filium patri *δωσόντι*, & hominem factum pro pec- Eccles. 5. 3.
 catis nostris satisfecisse, Christianam fidem & religionem planè
 evertunt. Neo-photiniani & Sociniani, ad quos propè accedunt.
 Anabaptistæ in tot sectas divisi, ut distinctè enumerare difficile
 sit; cui adstipulantur Meisnerus, Stegmannus & alii. Non ita-
 que audiendi sunt Arminiani, (qui videant, quomodo Socinia-
 nismo hac ratione non faveant, cum periculum imminet sum-
 mum) qui arbitrantur hanc impiam Socini doctrinam tolerari
 posse. Plures quidem modos conjungunt, quibus Salvator Chri-
 stus sit, nempe merito & efficacia præconio & exemplo prius
 quidem à non ad palatum Socinianorum, nequiquam tamen in
 quo modorum istorum ratio formalis cur Christus noster sit Sal-
 vator, consistat, definiunt imo hoc fastidiunt ceteri *λεπτολόγους* Aca-
 demicas,

Handwritten notes and fragments on the right edge of the page, including numbers 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

semicas, neque ullam vel rationem vel regulam ut gere, ut in uno actu constituatur, specifica forma officii Salvatoris, ajunt. Quo in à vero utiq; aberrât. Etenim Scriptura satis clarè proponit qua ratione sit nostra justitia & vita, quatenus nempe est exaltatus in crucem Joh. 12. 12. & ut granum in terram decidens ac putrescens fructum profert multum & quatenus livore suo nos sanat Esai. 53. 5. Quod expressè satis Apost. Rom. 5. 18. & 19. exprimit, *διὰ τῆς ἑπαρκείας ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ οἱ ἄπολλοι*. Ratio igitur formalis consistit in obedientia atque passione patri ad mortem usque præstita; Dum igitur adhuc sunt à Deo abalienati atque extra Christum indirecti atheismi rei sunt. Per hos homines Evangelium non est mysteriū, neq; Christiana religio circa mysteria versatur, proinde iis sublatis, ut de incarnatione filii Dei, Trinitatis dogmate, & satisfactione pro nobis, quæ sanè *μυστήρια* magna pietatis mysteria, ipsis autem dogmata monstrifissima & opinioniones indigna, quæ in verâ Christi Ecclesia locum habeant, ne dum ut fundamenta salutis ea censeant, iis autem remotis, quæ alia introducitur religio, quam quæ corrupta nostra suppeditat ratio, gentilis nempe, ac nulla fermè?

1. Tim. 3. 16.

Institut.
pag. 8.

§. 23. Et quamvis circa humanam Christi naturam errare non videantur, nobis tamen longè aliud videtur, quam nostram opinionem Osterodi verba comprobant quibus Christum nudum purum & solum hominū esse negat, sed aliquid amplius quam ceteri homines, præsertim ab eo tempore, quo Deus patet ipsum propter obedientiam præstitam exaltavit, ita ut jam reliquis hominibus opponi possit, non secus ac si ille homo amplius non esset, quæ sanè ejus naturam humanam eversam velint verba dubitare vix poterit. Etsi enim glorioso corpore post resurrectionem extiterit, atque nunc in cælis existat, nullatenus tamen per id reliquis hominibus opponi potest, ut non amplius sit homo. Quicquid autem sit, pluribus hoc persequi desistimus id saltem nostro scopo inservire potest, quod Christo non tam quoad naturam divinam & humanam, quam officium mediatorium negato, religionis nostre fundamentū evertatur, quo everso atheismus indirectus non potest non sequi, ut aliam sibi colendi Deum eligant rationem.

§. 24. Ve-

§. 24. Verum neque hic eorum atheismus circa Trinitatis mysterium singulariter quoad alteram personam Filium ut incarnatum & pro nobis mortuum consideratum, cessat, sed Dei quoque attributa maximè vellicant, ea partim negando ut iustitiam essentialem, omniscientiam, omnipotentiam, misericordiam etiam esse proprietatem Dei essentialem, partim & immensitatem esse essentialem, partim ea perperam describendo ut aternitatem ac spiritualitatem. Hæc autè qui negat, aut non, prout scriptura suppeditat, credit, per consequens ipsum Deum dicitur abnegare. Quod autem hæc faciant Neo-Photiniani videre licet apud Hummel. in Colleg. Anti-photin. disp. 3. §. 85. & seq. neque eorum verba allegare studium brevitatis permittit, ob oculos saltem ponimus periculum ad atheismum quem declinare nullus non sub jacturæ aterni exiti obligatus est & tenetur.

§. 25. Ad alia progredi animus erat, ni paucis Gregorius de Valentia subsistendum adigeret, namque lib. I. de Trinit. cap. 7. ex Luthero & Melanchtone veram Christi divinitatem negari, probare conatur & ubiquitarios, ut calumniosè appellat, Lutheranos Servetianos esse, quem in numerum & ipsos Calvinianos refert. Fecit etiam hoc Bellarm. Photinianæ hæreseos sive Arrianæ notam inurere desiderans, ac easdem rationes, quas Jesuita Ingolstadiensis proponit, ita ut alter ab altero mutuatus fuerit. Quis autem non videt inde insaniam an malitiam dicam hominum, quipè qui non tantum à suis quam plurimis melius edocti, conf. Harm. Fabricii à D. Menz. in Exeges. August. conf. allegatam & plures alios, verum etiam ex publicis nostris libris symbolicis, quibus Nicænum recipimus concilium Arium condemnans. Rationes denique adeo elumbes, ut responsonem vix mereantur. Quod enim de odio B. Lutheri erga vocabulum *quosmos* proferunt, ac si propterea rem ipsam negaret, aperta calumnia est. Lutherus enim apertè eo in loco dicit, modo rem teneam, quæ in concilio, per scripturas definita est, quis me coget eo uti vocabulo, propterea sanè non ero hæreticus. Optimè sanè, sceleratum quippè esse in verbis alicujus hæresin quærere eum noris sensum illius esse sanum, ut Hieronymus dicitur lo-
cutus. neque prædicant verba ubi sensus incolumis permanet.

Neque

Præfat. in
lib. de Chri-
sto. in judic.
de formulæ
concord.

epist. ad La-
tomum.

Vigil. lib. 4.
init.

de Synod.
Arim. &
Seleuc.

Neque ipse Athanasius vult adversus eos ut adversarios agi, qui omnia alia fidei Nicænae recipere de solo autem *ὁ μωσίον* ambigebant. Reliqua etiam hic excutienda essent, ni excrescerent pagellæ, alio proinde tempore reservabimus.

§. 26. Consideratum institutionis fidei nostræ fundamentum excipit cognitionis principium, quod est Scriptura sacra, quam fundamentum ipse Apost. Paulus 2. Eph. v. 20. vocat, quo neglecto aut alio admissio salutis æterna perit, cum qui non permanet in doctrina Christi Deum non habeat. Fundamentum hoc salutiferæ cognitionis variis modis corrumpit & destruit. Aliud enim principium ponunt nihil credendo atque recipiendo in rebus ad salutem & religionem pertinentibus quod rationi sit cōtrarium, imo ratio ipsa religio est ut Smalc. advers. Frantz. loquitur. Inde & summa mysteria, quæ dependent quoad entitatem suam & modum à revelatione filii Dei rejiciunt, quum ea ut animales homines nō percipiant, stultitia enim ipsis sunt, negant proinde veros fidei articulos ea mysteria esse, quin potius in rei veritate horrēda & blasphema dogmata, vel apertis Scriptura proferret dogma aliquod verbis & satis perspicuis, sin tamē ratio repugnat admittendū inficiantur. Satis hoc significante Socino, qui dogma de satisfactione si vel clarissimis verbis in Scriptura testatum reperiretur, sic tamen rem se habere ipsis compertum haud esse propterea negat. Metiuntur hi homines majestatem divinam secundum eorum rationis in iis mysteriis cæcutientis decem pedam, neque ut Apost. monet Deo veraci revelatori subjiciunt & sub obedientiam fidei constringunt, cuncta prius cognoscere allaborant quam credere non contenti, τὸ ὄν, studio majori τὸ δὲν investigare conantur, quamvis nostra cognitio non sit in hoc mundo comprehensiva adæquale, sed per speculum. Sanè æquo rerum æstimatori & qui libere hæc perpendit, animis considerandum proponimus anne maxima eaque potissima religionis Christianæ pars tot seculis approbatæ hoc modo conculectur, abjiciatur, negetur, Gentiles Mahumedani pari passu ambulabant cum Christianis, vitæque æternæ hæreditate minus excludendi sunt, qua ratione Atheismus maximum ponit incrementum. Nos non ignoramus plures ex ipsis illud ipsum,

diver-

lib. 3. de Scri-
vat. cap. 2.

diversum nempe religionis principium quod ponant rationis di-
 ctamen inficias iturum sed in hoc ipso sibi met ipsis cōtradidunt,
 neque concessuros puto, quod meliora haud credant, quam præ-
 dicti Christianismi hostes; tum ipsorum hypothēsibus positīs
 confestarium hoc non sequi, quā potius nos blasphemarum do-
 ctrinarum, quæ ex tyrannide papali originem traxerunt, accusa-
 turos, deniq; quod illi nobis sunt, nos illis esse. Nos injuriam di-
 vinæ generationi illos facere certi sumus, quod minorem patre
 filium dicunt, illi nos injuriosos patri existimant, veritas apud
 nos est, sed illi apud se esse præsumunt, honos Dei apud nos est,
 sed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis, quod credunt, quam-
 vis non habeant rectam fidem, illi tamen perfectam hoc Dei æsti-
 mant charitatem, ut de Arrianis Salvianus loquitur lib. 5. de gu-
 bernat. Dei, quem etiam Episcop. Theol. Remonstr. allegat pro
 hac sententia. Ast coccyſmus omnium fermè hæreticorum est, di-
 centium se contra conscientiam minus errare, imo melius eruditi
 erroneam remoturos opinionem. Etenim hoc nō ex eorum con-
 scientia eliciendum, neque illi hic sunt, ut rei indices, sed sacra
 oracula, non prout hinc inde varie ab eis depravantur ad errores
 palliandos, verum ut verborum conceptus naturalis ac genui-
 nus, quoad fidei analogia non obstat, infert. Hac promiscua reli-
 gione admissa, quod non contra conscientiam peccent, Atheis-
 mus dominabitur, qui eo magis per fundamentum rationis Soci-
 nianorum crescit, imo Atheos indirectos reddit.

§. 27. Inter ea autem, quæ quidem ad atheismum viam
 præparāt, referimus quæ de Sacris voluminib. docent Sociniani,
 Autores ejus Scriptores *θεοπνεύστis* non solum potentiam errandi
 in scribendo habuisse volunt, sed ipsum actum, majoremque co-
 gnitionem rerum spiritualium uni tribuunt, quā alteri proinde
 multum diversè alium ab alio scripsisse, prout hinc inde Socinus
 lib. de Scripturæ autor: asserit, cujus libri editio varia extitit.
 Steinfurti enim non à Vorstio tantum typis excusus, ac Racoviæ
 à Socinianis, verum etiam Hispali 1598. sub nomine cujusdam Je-
 suitæ Dominici Lopetus, personatus an verus Jesuita haud constat
 nobis, quam uterque & Socino addictus ac ex Jesuitarum turba
 scripturæ autoritatem in plurimis proculcent. Ulterius & qui-

disps. cont.
Franz.

de Trinit.
lib. 9.

dem Christus ipse Smalcio ita locutus est, ut & hoc & illo modo verba ejus intelligi possent. Mos enim Christi esse suis sermonibus impios intricare. Melius sanè antiquus Ecclesie Doctor Hilarius de Christi sermonibus judicavit, quanta, in quiens potuit Dominus verborum simplicitate Evangelicam fidem locutus est & in tantum ad intelligentiam nostram sermones aptavit, in quantum naturæ nostræ ferret infirmitas: non tamen ut quicquam minus dignum naturæ suæ majestate loqueretur. Ea Ante Smalcium Enjedinus maximè de obscuritate Johanneæ conquestus est, quæ namque in priori capite habentur de filii Dei divinitate pro tenuissimis conjecturis & locis obscurissimis habet, quem puto secutum prædictum Smalcium in vindiciis Franz. appositis, ubi dicit ordinariam Dei voluntatem non ex Ezechielis prophesia esse petendam. Atheismum hæc stabiliunt, quia si in aliquibus Spiritus S. amanuenses suos non perduxit in omnem veritatem (quæ univ. salis particula quicquid speciem falsi præ se fert, tollit,) de reliquis certa ac immota fides persistere nequit. Athei enim hoc adversus Christianam fidem utuntur, inter illos quoque, qui Christiano titulo insigniri cupiunt, reperiri, qui Scriptoribus sacris errores tribuerunt atque lapsus, adeo etiam obscuris verbis mentem invaluisse, ut inde veritas erui vix possit, qui ergo sartam & restam cupit fidem Christianam, necesse est, concedere firmiterque credere quæ à Sacris Scriptoribus scripta extant certissima atque ab omni falsitate non solum ea quæ mentiendi promittitur, quam ea etiam, quæ ab obliviscendo aliena esse secus si fecerit, ut dictum, fidem Christianam Atheis profittuit.

§. 28. Ac sanè quodnam damnum per hos homines patiatur Scriptura, Sac religioque Christiana risui exponatur irritoribus Atheis librorum nonnullorum, imo totius Veteris Test à salutis negotio externis nato probat, hujus V. T. Lectionem minus necessariam imo parum curandam dicunt, certitudine sua hinc destruitur Nov. Test utpote in quo nihil, quod non in Prophetarum & aliorum Vet. T. scriptorum libris contineatur. Ecclesiasticis præ lara dicta haud majoris æstimat valoris atque obligationis quam alterius cujusvis sapientis: Enjedinus suspectam conatur.

natur reddere authoritatem Epist. ad Hebr. septem argumentis, quæ quidem ex sua non profert opinionem, sed aliorum, ea tamen silentio suo, quod erronea non sint, approbare videtur. Imitati sunt proavum Samosatenum Psalmos Davidis planè rejicientem ac sua excogitata cantica eorum loco substituentem, ut epistol. quædam concilii Antiocheni apud Euseb. lib. 7. hist. Eccles. cap. 25. perhibet, quod & Anabaptistæ faciunt secundum Sixtum serens. Bibl. lib. 8. hæres. 5. Eversa autè unius libri canonici autoritate, eaq; suspecta saltem reddita, facili negotio per adversarios Atheos reliqui idem subibunt fatum, quum inter ejusmodi homines nihil a deo firmum, certum ac indubitatum, quod non per ipsos quandam suscipiat dubitationem. Quum igitur variis modis divinam scripturam traducat, rationes enim probabiles tantum afferunt, quibus ejus authoritatem defendunt partialem tantum normam atq; regulam constituunt verba immutat, transponunt, & si quis liberis eorum per versis opinionibus oppositus satis perspicuus, in dubium vocant, ac si Veteres Codices eum non habeant, & quæ plura alia sunt. Sic igitur conspicuum est, Atheismum per ea corroborari, utpote in hoc intentum, quo scripturæ divinitatem atque certitudinem eleve. Tum etiam alio principio posito, ut rationis dictamine, aut traditionibus, homines à scriptura abducatur, ad quam tamen Christus & Apostoli nos ablegant & Prophetæ in V. T. Sociniani arridet Pighii defensoris Concilii Trid. opinio, qua Scripturas dicit esse instar nasi cerei, qui sicut horsum illorsumque facillè se trahi permittit, ita & illam flectunt, ducunt, trahunt Sociniani ad suas præconceptas opiniones, ut nihil certi ferè maneat.

§. 29. Nunc articulos fidei videbimus, quibus negatis viam pandunt Atheismo. Equidem providentiam divinam destruunt negata Dei *αεγνωση* & notitiâ in futuris contingentibus, quæ tamen est de ratione formali providentiæ Numinis. Hanc divinam cognitionem destruere allaborat Socinus prolixè Theolog. prælect. cap. 8 9. &c. cui quidem Crellius refragatur aliquam futurorum contingentium notitiam Deo tribuendo, sed non determinatam, quia futuritio contingentium nobis hominibus per determinatam certitudinem non cognoscitur. verum

ut benè annotavit D. Hülfem. insigni ἀσθησιῶσι, dum nostram cognitionem æquiparat Dei notitiæ, quum tamen nostra cognitio in respectu infinitæ illius Numinis supremi inscitia potius quam cognitio dicenda sit. Quod si Ethnicis haud minus ἀθεό-
 πητος reus fuit, qui providentiam, quam qui Deum negaret, quare per consequentiam certam ac evidentem Socinū & qui ipsum sequuntur ab hoc vitio liberemus, utpote negantes quo sine providentia cadit? Optimè B. Pater Augustinus confiteri Deum & negare præscium futurorum apertissima insania est. Ciceronem hac in re secutus est Socinus eandem prænotionem futurorum contingentium Dei negando atq; sic circa ea providentiam divinam tollendo simul. Verum si objectum divinæ providentiæ non sunt mala ex hominum voluntate dependētia priusquam actu se exerant, maxima ex parte divina tollitur providentia scientiaq; divinacum nostra coincidit, neq; periculo caret ab Atheis ea etiā Dei subesse providentiæ negaturis, quæ extra suas causas existunt, sed potius vi naturæ aut fortuito fieri.

§. 30. Animæ nostræ ἀθανάτια ejusque post mortem status per Sociniana *βελύματα* evertuntur, & Atheismum maximè promovent. Lubricè admodum hic se gerunt præprimis Smalcius in vindiciis Frantzio oppositis & ipse Faustus Socinus etiam epist. ad Volkeli: §. Nec tum mihi (disputanti scil. adversus Puccium) quid de quæstione ista, num anima immortalis statuenda sit planè exploratū erat, quemadmodum nec hodiè quidem est. Statuit interim ibi animam haud ita subsistere post funera ut præmia ulla pœnas vè sentiat, vel etiam ista sentiendi sit capax. Conqueruntur nonnunquam injuriam ipsis fieri, si dicamus, quod hominem quoad animam & quoad corpus mori afferant conf. Smalthes cont. Frantz. de ext. Indici: sed, ut dictum, certi quid hic deprehendere vix licet. Nonnulli illorum totalem annihilationem invehere videntur, quod ex Osterod. germ. institut. cap. 4. colligitur, & animam immortalē quidem esse profiteantur, verum ratione resurrectionis in extremo judicio, (quomodo & corpus nostrum etiam immortale dici poterit) ut idem Smalcius loquitur, cui quod aliqui post mortem vivere Deo dicantur, id non aliter accipiendum esse, quam eos olim ex mortuis resuscitatura
 ite.

lib. 1. de civ.
 Dei pag. 9.

lib. 2. de di-
 vinit.

iri. Lubricum animum Smalcii ostendunt etiam quæ de loco Ec-
 cles. 12. 7. profert, eo inquit, tantum certo affirmari (quod ta-
 men falsum) hominis animam post mortem superstitem esse, ca-
 lumnia ergo se premi, si contrarium de se dicatur. Quod sanè mi-
 rum nobis est, Smalcium ex hoc loco ad aliquam post mortem
 animæ subsistentiam moveri, quum non hujus tamen loci, verum
 totius libri auctoritatem parvi æstimat Osterodus. Socinus hanc
 annihilationē etiam approbat, disiungens se ab iis, qui animam
 immortalem statuunt, imò aduersus Puccium ad Deum redire
 ut omnes vitæ fontem, à quo restituenda sit. Volkelius lib. 3. c. 11.
 dicit proprie loquendo animam nō esse immortalem, immortalita-
 tem enim eorū esse, quæ ipsamet actu vivunt, liber quoq; Socini-
 stic^o de Apostasia Christianorū idiomate Belgico 1659 editus, quo
 in animam non esse immortalem asserunt. Quam totalem in ci-
 neres annihilationem hominis evincit etiam, quod de impiis à
 Deo non resuscitandis, statuunt, Osterodus certe asserit eos tan-
 tum Christum liberaturū ex morte & inferno sive statu mortuo-
 rum, qui fuerunt verbi Christiani. Ab his discedere videtur Smal-
 cius cont. Frantz asserens quidem animæ subsistentiam post mor-
 tem, verum quod neque gaudium, neq; dolorem percipiat inde &
 Triumphantem negat Ecclesiam. Quicquid autem sit de summa
 in hoc articulo necessario credēdo incertitudine, omnes loca quæ
 animæ in corruptibilitatem adstruunt glossis ac explanationibus
 detortis depravant. Ast quid inde quam Atheorum incremen-
 tum, qui in hoc maximè incumbunt, quo animam efficiant mor-
 talem, ejusdemque cum corpore conditionis: Quid Numen cre-
 dimus? quare ejus providentiam amplectimur? ubi justitia vin-
 dicativa? vana est omnis spes atque fides omne solatium piis eri-
 pitur mentibus, Christus & Apostolus falsi accusantur, optimus
 impiorum status, miserimus piorum, uno verbo atheismus & Epi-
 cureismus implebunt universum orbem per hos homines. Vix
 vident, quæ publicè proferunt, contradictionem involvere. Ete-
 nim animam immortalem volunt Stegm. disput. 56. quæst. 1. & ta-
 men statum seu interstitiū quoddam asserunt, quo propria careat
 subsistentia. dormire enim nonnulli contendunt cum Anabapti-
 stis ad diem judicii extremi, quæ sanè quin ejus veram immorta-

disp. cum
 Erasmi. Iofr.
 arg. 9.
 disp. de stat.
 prim. homi-
 nis ante la-
 psū p. 79.
 inst. germ.
 cap. 42.

litate sublatam atque convulsam velint non est dubium, sed pluribus pertractate vix opus est, quia cui libet legenti satis appareat, concessio hoc dogmate apertis valvis intrudi atheismum. Et enim negata animæ immortalitate Deus ipse negatur, quis namque Deus qui malefacta non puniret, & promissis gloriaque pios ornaret, destruit hæc essentiam Numinis divini.

§. 31. Nec mediocriter Atheismi propagatores sunt Sociniani per negatos infernalis cruciatus impiorum, neque verentur publicis propalare scriptis Deum impios, si ex morte in vitam revocat, de quo tamen multi ambigunt, & cum ipsis Diabolo æternum deleturum, atq; sic in non ens negativum redacturum. Scelerati enim homines prorsus perdentur, atq; æternæ morti adjudicabuntur, ut Paulus Socinus advers. Volanum refert fol. 106. cui Adde Smalc. de divin. Christ. cap. 24. Catech. Racov. cap. 5. & præ cæteris Georgium Crazerum in Catech. germ. Nullus sanè gehennæ metus apud eos, quod indicat libellus, qui ex Socinianorum schola dicitur prodiisse in Anglia bona è cælo nova nullum esse infernum. Scaturigo omnium malorum, imo ever- sio omnium Rerum publicarum, cessatio à poenitentia & conversione, est hoc impium dogma, imo vix aberit, quin in eam cogitationem plurimi veniant, nullum existere Numen. Deus namque si est, necesse est sceleratos puniat, quod quum in hac vita nonnunquam haud contingat, ratio quodammodo colligere potest Deum sibi post hanc vitam reservasse modum pænas irrogandi, quæ autem pæna in nihilum redactio? Silentio obtego clarissimos Scripturæ textus, qui testantur ignis infernalis supplicium erga eos, qui sunt contentiosi & veritati non obtemperant sed injustitiæ, superæcs enim ventura est indignatio & ira afflictio & anxietas, eaque in æternum duratura Matth. 25. 41. Calidissimis votis optaret impiorum cohors hanc perpetuam in cineres redactionem & quo minus coram tribunali Jesu Christi comparent Ita ut Socinus propter hoc nefandum dogma infernum non esse dolores & cruciatus, seu, ut Oserodus quidem vult, non aliud quam mortuum esse seu statum mortuorum, maxime vituperandus sit, tantum abest, ut pietatis studiosus præ cæteris in hoc præclaro lumine perspissas & communes tenebras fabulosi inferni & infini-

Rom. 2. 5.
6. & seq.

infinite damnationis hominibus restituendo appareat, quod Ar-
 miniano cuidam Drederico Raphael Camphuysen (juxta Voetii ^{disput. 6^a}
 referentem) placuit. cujus de hoc articulo mens, quam reliquis ^{le. p. 537}
 Socinianis etiã esse arbitramur (quum liber, quem prædictus Ar-
 minianus edi curavit, Socinianus sit) ex eo satis innotescit, dum
 papisticum ac Ethnicum figmentũ appellat statum damnatorum,
 atq; unum ex maximis impedimentis, quæ impediunt, ne Chri-
 stiana religio purgari possit à falsis dogmatis & peccatorũ pulvi-
 naribus, qualia sunt de merito & satisfactione Christi, de imputa-
 ta justitia, impenitentium impossibilitate & non necessitate
 Christianæ obedientiæ. At hæc ex Scripturæ sac. luce ea, quæ
 afferuntur, facilitate refutari ac falsi redargui possunt, neque hic
 intermittem dum reos Deum sæpissimè eo, quod mēdacio credant
 & iniquitati consentiant, operationem erroris immittere, ut sibi
 metipsis exitium pariant dicente Petro de *ψευδοδιδασκαλοις οτινας
 παρεστουσαν αιρεσιν απωλειαι και την αρεσσαντα αυτης δεσποτην αιρε-
 μωνοι επιροντες εαυτοις ταχυνην απωλειαν;* Quicquid religionis Chri-
 stianæ singulare ac distinctivum est à reliquis falsis colendi Deum
 modis prorsus abjiciunt, Athei fide & Epicuri de grege porci, gen-
 tilium potius quam Christianorum arripientes Theologiam
 cuncta tenebris paparum attribuentes, ac si nullum vestigium
 orthodoxæ Ecclesiæ vel sub medio papatu extitisset, sed portæ
 inferorum Ecclesiæ prævaluissent. Negantes itaq; Sociniani ani-
 mæ *αθανασιαν* & loca Scripturæ eam confirmantia glossis suis per-
 vertetes infernales itidem cruciatus quum insistantur Atheismo
 viam sternunt: ubi enim providentiã divina, si non post mortem
 debita sceleribus pœna extiterit? Ad Epicureismum potius quam
 Christianam religionem hæc faciunt. Alia *αθεολογια* taceo,
 quum extra omne dubium videatur *επεροδοζια* hanc consequi
 fructus pessimos.

§. 32. Præsidium quoque eripiunt Christianis contra
 Atheos pugnantibus, dum notitias insitas negant, synteresin &
 conscientiam remonent in probanda Numinis divini existentia.
 Merfennus comment. in Genesin, ubi præclara de Atheismo (se-
 cundum Voetium, nobis enim videre hand contigit) palmarum
 atque primum execrabilis Atheorum turbæ argumentum deducit
 insinuat

infinuat ex negatis notionibus menti humanæ naturaliter &
 ἀχρηστος impressis. Neque tamen hoc de omnibus Socini disci-
 pulis ἐμφορον illam notitiam negari, Volckelius cum Crellio in
 Instit. lib. 1. cap. 5. naturæ instinctum non injiciunt, quibus Smal-
 cium adjungimus disp. 8. cont. Frantz. lucem naturæ & rectæ ra-
 tionis igniculum flammæ istius ingentis revelationis esse asseren-
 tem à quibus recedunt Socinus prælect. Theol. c. 2. & Osterodus
 institut. cap. 1. & 7. qui haud verentur omnem naturalem de Deo
 cognitionem, tum eam, quam subjectivam ex Rom. 2. 15. tum ob-
 jectivam ex Act. 17. 27. 28. Rom. 1. 19, 20. appellamus. nobis etipere.
 Ab iis profectus atheus non ad Deitatem credendam convincetur
 Sacros enim fontes rejicit, argumentaque ex ea desumpta sus-
 que deque habet, proinde utique ad ea argumenta confugien-
 dum, quæ ex natura depromuntur. Infra gentiles se abjiciunt, à
 quibus meliora promanarunt Seneca dicit apud nos veritatis ar-
 gumentum est aliquid omnibus videri, sic Deos esse inter alia
 sic colligimus, omnibus de Diis opinio insita est, nec ulla gens
 usque est adeo extra legem moresque rejecta, ut non aliquos Deos
 1. 2. de nat. credat Cicer. omnibus innatum est & in animo quasi insculptum
 Deor.
 esse Deos. Quales sint, varium est, esse, nemo negat, neq; Indus ne-
 que Celta neque Ægyptius eam cogitationem in animum induxit
 ac si nullus existeret Deus, verum hi Barbari contendunt & esse
 lib. 2. varia. Deos & nostri curam gerere, teste Æliano. Τῶν ἀμάρτις, quod aiunt,
 histor.
 Athei hæc acceptant, quibus nihil magis curæ cordique quam to-
 talem Numinis divini ἀπειθοσίαν & τὴ γνῶσιν τῶ Θεῶν deletionem
 sibi persuadere, sin modo intus conscientiæ (quam animæ dotem
 appellat Tertullianus) stimulus sceleris cæpti vel patrati comes
 indivisus, qui ut thynnus rapidus percurrens æquora sævit, ad
 propositum finem perveniendi viam non præcluderet. Quum
 igitur Atheorum turbam excrecere reddat principium hoc pro-
 bandi divinitatem negatum, merito rejicienda sunt Sociniano-
 rum effugia quibus thesin οὐλάθειν conantur: conf Junii refut. in
 Socin. prælect. c. 2. Jacobum ad portum advers. Osterod. & alios.
 §. 33. Paucis restat ut consideremus hominis status, ex qui-
 bus cognosci poterit, in cunctis fermè à Christianorum constanti
 fidei desciscere, ita ut parum vel nihil sibi vendicare queant in
 quo

cum Christianis conspirent. Aliam justificandi rationem tradunt,
 nostram hactenus creditam destruentes. Commentum enim ipsi
 est, damnantq; fidem in Christi merito, quod tantum abest, ut
 agnoscant, ut potius pronugatoria fabula totum habeat. Depen-
 dent autē hęc à negata imputatione lapsus Adamitici, morbo au-
 tem rejecto de remedio & medicinali gratia haud adeo solliciti
 sunt, quin potius quod rationis eorum examini contra veniat
 annihilant Catech. Racov. p. 264. Negant proinde justificari nos
 per gratiam Christi sanguine acquisitam, negant justitię Christi
 imputationē, quam disertis verbis execratur impius Socinūs, ubi
 de Servat. Falsam substituunt regenerationis formā ac modum al-
 teri orthodoxo planē contrarium, ita ut unā ex hisce verissimam
 esse necesse sit, vel cum Apostolo, quē nos merito sequimur. *διὰ τῆς*
ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ ὃν παρέδωκε θεὸς ἰλασθῆναι διὰ τῆς π-
σεως ἐν αὐτῷ πρὸς ἁμαρτίαν Rom. 3. 24. 25 & Rom. 5. 9. *δικαιοδύντες ἐν πρὸς*
ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς δικαιοσύνη διὰ αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἁργῆς. vel absq; interveniēte,
 αὐτῶν ex bene placito Dei Patris & nostra obedientia Mosi &
 Christi præceptis præstita, quod Sociniani contendunt, quibus si
 intuitu Dei Patris sanguis Christi veniat, ad justificationem ta-
 men non per se pertinet, sed per accidens, quatenus scilicet nemo à
 Deo per Christum justificatur, nisi jam in nullo peccato hæreat ac
 maneat, ut Socinus tract. de justit. loquitur. Hanc Socinianorum
 doctrinam de justificatione tātum abest, ut cum Orthodoxis con-
 spiret quoad summam rei secundum Remonstrantiū Apologiam
 & propterea Socinum ab unitatē Ecclesię non esse excludendum, pag. 114.
 ut potius cum B. Hülsem. dicamus summam fidei convellere Gal. 107.
 5. 4. ejusque propugnatores Christianorum nomine & cętu indi-
 gnos ex v. 7. & 9. Surripiunt etiam omne solatium Christianis at-
 que ad desperationem potius adigunt, quippè denegāt lapsis gra-
 tiam restitutionis peccatoribus, qui se gravissimis peccatis desti-
 nato animo polluerūt, ut adulterio, homicidio ordinariam viam
 consequendi veniā etiam denegant, neq; remitti posse, nisi ex su-
 perveniente nova singulari gratia extra novum fœdus, quod pec-
 cata de libertate commissa non admittant sacrificiū, dicente Mat-
 thæo Radecko Photiniano, olim verò Syndico Dantiscano in
 libello passim in Prussia Sparso sub tit. Examen welche die sind/die
 da verlangen Jesum den Herrn conf. Smalc. in refut. adv. Frantz. pag. 34.

28
 15
 20
 16
 20
 18
 30
 32
 34
 36



Somertum, Neuserum & Gliriū in tractatib. Christianæ religionis
 Ingolstadii 1583. editis. Quod ex hoc dogmate posito desperatio
 oritur ipse photinianus Somertus diffiteri nequit, in allegat tract.
 Ergone desperandum est? dicit aliquis, nequaquam quidem, re-
 spondet, quia obedientes non verò inobedientes in Scriptura ad-
 moneantur fiduciam suam ponere in gratia Dei, quod quam ab-
 surdum qui à limine Script. sac. perlustravit, videt, quum omnes
 omnino homines fiduciam suam ponere in gratia & favore Dei
 script. hinc inde adhortetur: Et perspicuum etiam desperandum
 esse peccatoribus de gratia divina, quæ secundum Photinianos
 haud superat peccata Rom. 5. 20. Damnatus est David vir ad bene-
 placitum divinum, quia sciens volensq; adulterii labe se infecit,
 neq; reconciliatus per pœnitentiam, quod tamen Nathaneel Pro-
 pheta dicit. Et quæ quæso gratia extra novum fœdus? num ulli-
 bi locorum Scripturæ ad singularē quandam gratiam remittit nos
 Deus, qui etsi gratia sua singulari quibusdam adesse poterit, haud
 tamen vult, quia tacet Scriptura. qua tacente quis hac de re certi
 quid loquetur? Figant hi sibi scalas & in cælum ascendant soli,
 prout homini Novatiano Constantinus Mag. dixerit, referente
 Gelasio Cyziceno in act. concil. Nicæn. p. 170.

§ 34. Neque ipsa media à Deo ad salutarem ejus cognitio-
 nem & fidem perveniendi atque obfignandi destinata intacta re-
 linquunt. Ut de verbo Dei nihil dicamus, Sacramēta blasphemāt
 spiritualem omnem effectum ipsis detrahendo, ac pro nudis cere-
 moniis habendo, neque quæ à Christo, sed ab Apostolis instituta
 essent. Media atq; instrumenta hæc quia negant fidē conferre aut
 obfignare, eorum infantes non sunt Christiani fideles, quousq;
 non intellectus suum exerit officium, quum autem aliud haud sit
 medium, quo ad Christianam perveniamus fidem, sequitur eos,
 qui hæc destruant. sibi met ipsis viam ad Christianismum præclu-
 dere, sicque Atheismo & ejus propugnatoribus indirectē manus
 corroborare, per hæc aliaque mysteria secundum rei naturalem
 effectum judicant & risu potius quam fide d peccatum magnum
 excipiunt. Plura quidem sunt, quibus *ad del. Cor. v.* quæ tamen hic sin-
 gulatim excutere haud licuit, concludimus hoc syllogismo: Qui-
 cunq; nihil, quod verum Christianismum constituit, tum in fun-
 damento, tum inde annexis articulis necessario credendis, reti-
 nent.

nent, sed potius aliam concinnant religionē, aliam Christianismi formā quam tot seculis per veros Ecclesiæ antistites propagatam, invehant, illi sunt indirecti athei. Quam consequentiā probamus inde, quia qui extra verum Christianismum constituti sunt, athei indirecti sunt, necesse igitur est alteram eorum religionum vel antiquam nostram vel Socinianorum novam veram esse, prius satis probaverunt nostrates Christianismi defensores, quo probato cadit posterius, utpote veræ Christianæ religionis oppositum. Minorem tum quæ nos hac in dissertatione diximus, tum quæ apud alios prolixius Photinianismum novum excutientes, comprobant, Christianorum propria nempe mysteria quod gentiles forsan Turcas atq; Judæos offendant sustulerunt, quibus sublatis non Christianismus, sed gentilismus introducitur. Accedit quod ipsimet sibi gratulentur de tam facili atque vulgari Theologia liberam quæ à tot nodosis quæstionibus. Novam hanc Socinianorum Christianismi formam Comenius refut. Irenici Irenicorum ita recenset, ut quisquis immortalitatem adipisci velit de commissis peccatis penitentiam agat, de hinc autè præcepta Dei (data primum per Moysen, sed perfectius per Christum impleat) habiturum post mortem quoq; vitam, sicut in Christo datum sit specimen. Quæ nova prognata Theologia veterem in idololatriam superstitionem totum Christianismum per 7. ferè secula vel sanguine propagatam, in hæreses, horrenda dogmata, quæ sanè à piis credita æternam accelerarent damnationem, si haud vera essent. Quantum autem à Gentilium ac Mahumedanorum differat infra videbimus. Sequitur autem hinc expositis præmissis conclusio indirecti Atheismi reos esse Socinianos, quod demonstrandum erat.

pag. 138.

Et ipse Socinus lib. quod regni Polon. c. 4. p. 43. cōfiteatur modo quis Deo & Christo confisus fuerit, eiq; se obedientē præstiterit, hūc vitam æternam omnino adepturum.

§. 35. Pontificiorum, quos superius atheismi indirecti accusavimus, atheistica dogmata versantur cum primis in oppugnanda Scripturæ auctoritate genuino Christianismi principio destruendo, falso asserendo. Sublata certitudine ac dignitate Sacrarum litterarū in fimum abit omnis Christiana religio; posito etiam quocunq; principio alio. Ablegant Romanenses Theologi non cum Christo homines ad sacra volumina, verum ad secreta mentis Pontificis Romani, ut fundamentum ex quo res controversa decidi possit ac debeat, cujus vocem audire eique subesse de necessitate salutis est, quibus tamen Christus fabula & religio Christiana ludibrium est. Sed & multos directe Atheos exitisse vel in ipsa sanctissima cathedra ex ea scilicet ex ipsis universæ Ecclesiæ antistitibus alii ut Zegedinus, Plesszus, & Voetius memorant. Animæ immortalitatem exiguo in

Adag. bel-
lum dulce
inexpertis.
vid. Voet.
paralip.
p. 1142.

conf. Oste-
rod. cont.
Trad. part.
z. cap. 21.
Smalc. con-
tra Frantz.
disp. 1.

pretio apud eos existere Erasmus satis indicavit, quot in quibus sunt apud nos, qui nec resurrectionem corporum nec animam corpori superstitem credunt, de tamen scivitur per istos in hæreticos, qui dubitant an Romanus Pontifex habeat jus in animas igne purgatorio cruciatus. Paulus 3, de vita æternâ dubitavit, querens ex Franciscano num altera detur vita, cui cum respondisset prædictus monachus, ipsi Pontifici maximo notum, indignabundus quod nuntiavit se: mox visurum, ne obrunderet caput. Maxime quæst. mutilant Script. sacr. Photinianisque Christianam prostituunt religionem articulos fidei ex traditionibus suis deducendo ac si in Scriptura sacra non continentur. Denique, ut Cardinalium Epicuræam ac Atheisticam vitam prætereamus silentio, Iesuitæ Christianismum impiis suis dogmatibus, æquivocationibus, consiliis dilacerant, Pontificis auctoritas tantum salva maneat, reliqua circa fidem parùm curant, quum ea papæ famuletur, ad pessimos quosque conatus perficiendos. Ac quo ad Papæ obedientiam principes adducant, non tam de veritate religionisq; reverentia erga sanctam sedem sunt solliciti. Eicitum etiam per ipsos omnem religionem Christianam abjurare reservatis sibi in mente conceptibus, ut ego nõ sum Christianus neque Christum colo ut tibi dicam, Christus autem vult se confiteri coram hominibus & Paulus confessionem oris requirit, conf. de his dissimulationibus Epistol. Casaub. ad Frontonem Ducem, at Montalius cum Wendrockii in notis in epist. provinc. Integrum tractatum de hisce æquivocationibus, quibus omnis religio, omnis honestas abjurari potest, edidit Iesuita Anglus Parsonius, alius quoque in Anglia de iis tractatus prodit à pontificis.

§. 36. Formalis ratio ex dictis patet, neque iterum recensendi gradus & modi atheismi. Certum autem est ejus rationem formalem variare pro ratione definitionis & generum variorum directi scil. vel indirecti, crassi vel subtilis. Directi est omnis Numinis abnegatio & *ἀπιστία*, quod & nomen præ se fert, qui omnem de Deo sensum tibi eripere conatur. Indirecti autem ratio formalis ita certe indicari vix poterit, cum variaz ejus species existant: Etenim Deo tribuendo ea quæ ejus divinitatem tollunt, aut etiam ad scribendo, quæ Deo haud conveniunt *ἀθεϊσμός*. Sic qui Numini vel excellentissimo modo corpus affigit aut corporeæ molis, Deum ipsum haud sincerè confitetur, qui item denegat attributa essentialia, justitiæ, omniscientiæ aut eorum attributorum modum, indirectè atque obliquè Atheismo inservit. Consistit & in providentia Numinis: denegata cum animarum *ἀφθαρσία* seu in cineres cum corpore abeat & reliquarum formarum in materia dependentium intereat, seu ad Deum tanquam autorem & restauratorem redeat, in cujus nempe potètia actuali subsistentiam suam post mortem sortiatur, in negatis post funera & mundi destructionem animarum vel præmiis vel penis, in dormitione, quæ spiritui minus cõvenit, & quæ sunt alia, quibus animæ immortalitas destruitur. Omnes quoque religiones ut vocant, seu modi Deum venerandi extra Christianorum atheismi titulo condecorari possunt, sed & in ipsis Christianis, qui eo nomine gaudènt datur quædam ratio formalis eorum Atheismi: Etenim concessõ existere Atheos vel in medio Christianismi, dabitur quoque conceptus adæquatus & exhaustivus eorum Atheismi. In dubium vocando ea, quæ ad Christianismum constituendum necessario pertinent, aut etiam negando pleraq; Christianismi propria & discretiva à reliquis sectis, quod maximè Socinianis, ut demonstratum, attribuendum est. Qui, quæ verè Christianam constituunt religionem parum curant, & qui (vel

(vel ipsa ratione deprehenditur) in aliis rebus, ut primatu Papæ, purgatorio totam religionem ponunt, quod in nonnullis Pontificiorum cernitur. Dicimus autem hic rationem formalem Atheismi & Atheorum, non quod omnes sint formaliter athei, qui ipsum Numen divinum negant, aut in dubium trahunt, hoc enim absurdum & *ἄλογον* foret; verum ratio formalis nobis hic est & sumitur pro eo, in quo propriè horum Atheorum *ἀθεΐα* consistat plus enim quam nudum vocabulum præ se fert, in se complectitur, & quo paucis rem decidamus pro varietate specierum non nihil superius indicatarum ratio formalis etiam variat, ut proinde pluribus de ea verbis, haud opus sit.


§. 37. Finem nunc perpendentes Atheorum formaliter seu directè quoad intentionem videtur Epicuræa vita esse, qui nempe laxatis habenis per omnia scelera & flagitiorū genera tempus consumant, neq; rationem tandem aliquando reddere cogantur, turpissimæ, quam luxatis Numinis divini metus repagulis, traduxerunt, vitæ. Ast in agone mortis illis constitutis evigilat tandè Numinis sensus, neq; finis propositi durationem expectare possunt, ita divinæ iudicium propria conscientia, non potest ergo, quin æternum exitium post funera expectantur, qui finis consecutionis seu ultimi eventus haud immerito abominandam hanc Atheorum sectam avocaret, deterreret à profana contra dictamen propriæ conscientia & adversus ipsam naturam pugnandi libidine. Horrenda item blasphemiam qua divinum Numen à se remotum ejusq; verbum sanctissimum profcindunt, risu excipiunt, omniaq; sacra tanquam ludibria contemnunt. Neque refert quicquam quod contra eos homines justum Dei iudicium protinus haud exerceatur, quò benignus ac clemens Dominus inter ea iusta vindicta eos sinat in stultitia post acrem ac pervicacem cum cōscientia, ipsaque adeo rerum naturæ collisionem, cui succumbunt, abire, quam palpando Deum invenire potuerint, quod non longè ab uno quoque nostrum distet. Satis athei illius exemplum finem hunc consecutionis ostendit, cujus nefandi hominis historiam Calvinus recenset, quod instanti moris spatio in desperationem cadant, nihilq; nisi æternos cruciatus expectent, quod Machiavello contigisse dicitur. Quamvis haud diffidendum sit multos ex ea Atheorum collavicin veniri, qui animum obscurant, vel in mortis articulo cum illo Italo Cosmo de quo Lætus in comp. histor. universi commemorat, quod moribundus dixerit: stulti abire, nulli sunt Diaboli, nisi hostes nostri, qui nos in hoc mundo vexant, neque alius Deus præter Reges & principes, qui soli nos possunt juvare etiam nobis benefacere. Videmus autem in his ut filiis Patris tenebrarum ejus potentia, qua constituti, quod Domini nostri Iesu Christi sermonibus & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ non accesserint, ad tartara rapiuntur. Quem finem alii sibi propositum habeant vix indagare licet, nonnulli quidem eo usq; transgressi veri limites, progredi haud veriti fuerunt, ut ob provincias & regiones alterius religioni se associare non ambigant, vel Christianam planè abjicere, quo superiorum favore ac gratia satius fruantur, quibus profecto, nisi ad meliorem redeant mentem, obtingere poterit idem cum superioribus eventus. Ast quis deterrimæ illius hydræ sacerdotumque *ἄθεοι*, fines propositos, & qui his respondent, eventus commemoraret; potius ad eos progredimur, quibus cum maximè nobis res est Neo-Photinianos scil. qui sua quoque non destituuntur intentione per ea dogmata, seu negata seu asserta, quæ hic exhibuimus ad eam consequendi, nempe quo errores nostros corrigant de Deo,


Comment.
in Psalm.
CXV.


Handwritten notes and paper fragments on the right edge of the page, including numbers 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.


filio Dei aliisque articulis, quos tamen alii Socino parenti hac in parte ad-
 versantes qui errores appellat neque salute æterna priyare. Papistarum
 idololatriam, horrendas ac blasphemias doctrinas appellant, quo etiam eorum
 impuro cæui nos adjungeremus prout Socinus peculiari libello obtendit, quo
 ignorantiam Præsidum Ecclesiarum ostendunt, ac ut Lutherani progrediantur
 non subsistant (juxta Matth. 13, 12.) & cum Calvinianis pacem sibi & fraternita-
 tem offerentibus sese jungunt. Calviniani autem se Remonstrantibus, seu fra-
 tres, fratribus, hi autem Socinianis in promovenda conscientiarum sive salute
 sive libertate, æquè certantibus, anonymi libri Irenici Irenicorum verba sunt,
 imo ut omnes fierent Sociniani. Verum finem hunc Deus prohibeat, quo asse-
 quantur, nos eventum seu exitum Socinianismi dicimus: Atheismum directum,
 in quem facilis prolapsus per Socinianorum dogmata Atheistica, quod quam-
 vis detestabuntur nobiscum satis novimus, quin autem evenire possit sequentia
 docent: Qui enim verum Deum negant, ejus honorem destruunt, attributa
 essentialia partim inficiantur, partim dubia reddere conantur, immortalitatem
 animarum corruptum eunt, Scripturam miris modis labefactam, omne solatium
 Christianis eripiunt & in statum miseræ detrudunt, articulos de causis salutis
 fundamentales esse eorumque inficiationem salutem interciperi negant
 imo omnem Christianam religionem pervertunt, à certa hac colendi Deum ra-
 tione avulsi ad incertam quamque recipiendam parati sunt, donec tandem nul-
 lum Numen credant atque si atheismo directo nomen dent. Socinianos au-
 tem prædicta tradere satis notum arbitror. Accedit quod à gentilismo ac Ma-
 humetismo parum absint, imo facilius ad gentes & Turcas transeunt, quam in-
 directum prolabantur atheismum. Quantum enim Judaica, Turcica atq; Gen-
 tilis religio distent à Socinianorum, cuius notum puto, nam & illi & isti crea-
 tionem, resurrectionem, supremum judicium & post hoc beatitudinem & da-
 mnationem admittunt, filium tamen Deo esse eumque hominem factum ne-
 gant. Gentiles naturali lumine eam potuerunt adipisci cognitionem, quam
 Sociniani per Scripturam. Concludimus ergo, qui vitare vult Mahumedis-
 mum, Gentilismum, & Iudaismum imo omnis religionis & Numinis divini ab-
 jectionem vitet Socinianismum ad hæc præcipitia ducentem, caveat sibi ab his
 Pseudo-Prophetis & fidei Christianæ irrisoribus, quos ultimo collapsentis
 mundi tempore Petrus pronuntiavit ad fore. Interim tamen Servator Iesu
 Christe conserva nos in verbo tuo, ut Patrem tuum atque Te ut Patrem vene-
 remur in Spiritu, Tibi etiam sit honor & gloria, quam propter hunc laborem
 suscepimus, adversus Hostes qui eum destruunt, sinas nos sub um-
 bra alarum tuarum contra quosvis irruentes Lupos
 quiescere, & in vera fide conserves.


Amen.

















IN SATU UTROQUE.

... nobis relinquendum: 3. *major propensio* in
... passo, ad nobis opitulandum? A. prius,
... Socin.
... actio Christi delectat tantum peccatum Ori-
... omnia Actualia eorum, pro quibus præstita
... ost. contra *Remonstr.*
... actio Christi restringenda sit ad 1. sola pec-
... lia: 2. mortalia: 3. reatum culpæ & pœ-
... quoque an etiamnum homini ipsi satisfaciens
... post Baptismum commissis, saltem venia-
... tum pœnæ temporalis? N. contra *Pontific.*
... factio Christi sufficiens fuerit & perfectissi-
... & dignitate ipsius meriti, tanquam Legis
... ita, & æqualis reatui atque demeritis eos
... os præstita fuit; an verò sufficiens tantum
... tionem, ex Dei acceptantis gratiâ? A. prius,
... tra *Remonstr. & Vorstium.*
... la Pœnarum, peccatis nostris debitarum, per-
... factionis Christi rationem exhauriat: *Obe-*
... am vocant *activam*, ipse pro se privatim, tan-
... mo, Israëlita, &c. legi debuerit?
... itia Christi, sive universalis & perfectissima
... va, quam, à principio vitæ in ejus usque fi-
... ptis secundum strictum ejus rigorem præsti-
... eram Satisfactionis Christi, non *tempore qui-*
... rã, à pœnæ perpessione distinctam partem,
... ùm bono, sed & *loco nostro*, & quatenus Chri-
... tavit, præstita sit? N. prius, A. poster. contra
... Christus Satisfactionem eâ intentione præsti-
... omnibus & singulis hominibus, sive *equaliter*
... qualiter, & ratione eorum, qui non servantur,
... do, & *conditionatè*, sub conditione videl. fidei,
... cretâ à Deo, nec proin in actum unquam exi-
... em peccatorum & salutem impetraret? An
E 3